Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

IOANNIS BUXTORFII
DE
ABBREVIATURIS
HEBRAICIS
LIBER NOVUS ET COPIOSUS.

CVI ACCESSERVNT

OPERIS TALMUDICI
BREVIS RECENSIO,
Eiusdemque Librorum & Capitum
INDEX:

ITEM

BIBLIOTHECA
RABBINICA
ORDINE ALPHABETICO DISPOSITA,
CUM ADPENDICE EIDEM
INSERTA.

EDITIONE HAC NOVISSIMA

Omnia Castigatiora, luculentis Ad-
notationibus inlustrata, & novis Abbre-
viaturis Librorumque Titulis
aucta.

HERBORNAE NASSAVIAE,
STANNO ET SUMTIBUS
IOAN. NICOLAI ANDREAE,
ANNO M. DCC. VII.

Digitized by Google

Digitized by Google

LECTORI BENEVOLO S.

DUm ad praefandum nonnihil [quod recentis non eſt inſtituti] ab typographo, qui hunc de ABBREVIATVRIS RABBINICIS *Ioannis Buxtorfii* libellum aere ſuo exſcripſit, inſtigamur, non eſſe, exiſtimamus, operae pretium, ut elegantiſſimum hocce, & ſtupendi laboris, ſcriptum multis commendemus. Auctoris namque, viri in litteratura Hebraica, dum viveret, ad miraculum verſatiſſimi, foetus omnes, quos umquam, ſive ipſe, ſive doctiſſimus filius, paternarum virtutum heres, poſt parentis fata in lucem protraxit, tantae ubique apud veros librorum aeſtumatores dignitatis ſunt, ut piper, aut crudos metuere ſcombros opus non habeant. Ita omnia ſunt limata, & data opera ad ſeram poſteritatem ſcripta. Quare haec quoque ſcriptiun-

Digitized by Google

cula neque noſtro, neque aliorum praeconio indiget; quum dudum ſua utilitate, addo neceſſitate, iis cumprimis ſe abunde commendarit, qui Rabbinorum perreptare conati ſunt ſterquilinia, atque ex horum ſtercore, velut Virgilius ex Ennii ſordibus, [qui ſane haud inutilis labor eſt,] aurum margaritasque exſculpere. Id ſaltim nos exoravit Librarius, ut quid nova hac editione ab ſe ſit praeſtitum, quid additum, lectorem moneremus. In anteceſſum non poſſumus non ingenue fateri, typographum non nihil in eo commiſiſſe peccati, quod, ad exſcribendum hoc exemplar, editione uſus ſit Frankerana, ob typorum, qui vetuſtate videntur fuiſſe exeſi, deformitatem, praecipue ſi Hebraica reſpicias, non ſatis adcurata. Unde factum, ut nonnullibi, ſed leviter tamen, ceſpitatum fuerit. Melius ſane & huic libello, & ſuis conſuluiſſet commodis, ſi editionem Baſileenſem, ſed quae rara eſt, inſpexiſſet. Nihil tamen correctores, bonarum litterarum Studioſi, qui iam tum Miſchnam lectitare occoeperunt, omiſere induſtriae, ut curatiſſime, quantum fieri poſſet, haec nova edi-

tio

tio adornaretur, mendorum, quae fortean inrepſere, veniam deprecantes. Quemadmodum enim in cunctis rebus humanis nihil quidquam datur, quod omni ex parte perfectum conſummatumque dici mereatur, ita fruſtra librum requiri, omnibus σφάλμασι, quae oculatiſſimi etiam ſaepe viſum effugere ſolent, ſollicite expurgatum, adgnoſcent, qui libros evulgarunt. Verum haec vix monitu videntur eſſe digna, quum erratorum indiculus lectorem, ſicubi forte inter legendum haereat, abunde erudire queat. Rem ipſam potius adtingamus, librique argumentum. In *Abbreviaturis* Rabbinicis inluſtrandis augmentandisque operam ſuam impenderunt, viri clariſſimi & doctiſſimi IOANNES HENRICUS SCHRAMMIUS, & IOANNES ADAMUS FABER, quorum notulas, quas inſperſere, & additamenta uncinulis hiſce [] videbis incluſa. Quod tamen ab initio ad paginam 81, typothetae errore, qui animum ad haec ſpaciola non ſatis debite advertit, neglectum eſſe obſervabis. Bibliothecam pariter adnotationibus, & non paucis librorum novorum titulis, intra

Digitized by Google

eosdem , ac Abbreviaturarum ſupplementa , uncinulos comprehenſis , adauxere laudatus modo SCHRAMMIUS , & clariſſimus GEORGIUS CHRISTIANUS BüRCKLINUS, quorum poſteriori quoque adpendicis ad ſua loca relatio debetur. Tuo certe bono ac emolumento , lector Rabbinicae ſapientiae ſtudioſe , omnis , quae in recudendo hoc libro adhibetur , cura unice eſt deſtinata. Quare id ages , ut hunc foetum Buxtorfianum tuo adplauſu & pecunia foveas. Id enim ſi feceris , nec adnotatores ſuae opellae , nec diligentiſſimum librarium ſuorum ſumtuum poenitebit. Vale , & hac Pharo ad ſulcandum Rabbinorum vaſtiſſimum mare feliciter utere.

Digitized by Google

VIRIS REVERENDIS ET CLARISSIMIS,

D. CONSTANTINO
L' EMPEREUR ab OPPYCK,

D. HENRICO A DIEST,
SACRARUM ET HEBRAICARUM LITERARUM DOCTORIBUS ET PROFESSORIBUS CELEBERRIMIS, AMICIS HONORANDIS,

IOHANNES BUXTORFIUS FIL.

S. P. D.

NOvam huius libelli, ante viginti ſeptem annos primum a Patre meo b. m. in lucem emiſſi, editionem, ſub veſtro, Amici honorandi, nomine hac vice conſpici & prodire volui. Nam ut illi primum naſcenti, inluſtrem elegit Parens meus patronum

num, D. Philippum Mornaeum: ita, cum ille fato iam pridem decesserit, & taedioſam huius vitae negotiorum curam depoſuerit, eidem nunc renaſcenti, nobilium quoque & celebrium Theologorum nomina praeſcribere, haud abs re fore viſum eſt. Neque vero, dum hoc facio, vel defuncto quicquam aufero, vel aliena vobis offero. Quod prius tanto viro dicatum, omnino inviolatum tupio & linquo: quod nunc mea quali quali induſtria, novi vel ornatus vel adparatus acceſſit, illud eſt, quod vobis, Viri Clariſſimi, nuncupo & conſecro. Acceſſerunt enim ei hac παλιγγενεσία additiones & emendationes variae, cum in Abbreviaturarum ſerie, tum inprimis in Bibliothecae Rabbinicae recenſione, utpote materiis, quae a quovis & ſemper, ex iugi lectione & continua experientia, augeri poſſunt. Additiones illae profectae ſunt partim ex paternis reliquiis, partim ex propriis ſcriniis. Reliquit enim ille exemplar, cuius margini (ut quivis auctores facere conſueverunt) adſcripſerat, quae ipſemet adiicienda obſervarat. Tale exemplar habebam & ego, in quo nonnulla adnotaram, quae mihi progreſſu temporis ſeſe obtulerunt. Ad haec, accedebant ad Bibliothecae Rabbinicae augmentum ſubſidia externa, catalogi

nimirum varii librorum Rabbinicorum, ex diverſis locis, cum a Chriſtianis, tum a Iudaeis, nobis transmiſſi. Illi diligenter cum noſtris conferendi erant, & quae nova exhiberent, his addenda. Sed inplerisque, Iudaicis praeſertim, hoc deſiderabatur, quod nudos tantum titulos, non etiam argumenta librorum, indicarent. Iudaei haec nobis invident ut plurimum: ex Chriſtianis pauci ſunt, qui copia librorum Hebraicorum abundant; pauciores, qui eam habeant vel peritiam, ut poſſint, vel patientiam, ut velint iſtiusmodi, ſitu, ſqualore & foetore horridos plerumque & abominabiles Iudaeorum codices, pervolvere. Hinc nonnullus mihi labor natus, totam hanc Bibliothecam Rabbinicam de novo inſtruendi, & deſcribendi. Paſſim etiam haud paucorum librorum, qui iam in priore editione producti erant, argumenta, tunc minus adhuc cognita & perſpecta, accuratius nunc ſunt expoſita. Exſpectaveram ante abſolutam editionem adhuc catalogum librorum in Oriente exſtantium, ſed fruſtra: ſi poſthac recepero, curabo, ut per adpendicem huic adnectatur.

Cur vero vobis, Viri Clariſſimi, laborem huncce inſcribere & dedicare voluerim, ipſimet haud obſcure poteſtis conli-

gere. Nam, ut nihil nunc dicam de vestra pietate, eruditione, nominis celebritate, & magnis erga rempublicam literariam méritis, quibus iure haec & maiora debentur, vestra privatim in me merita, vestraque sincera amicitia, iam dudum publicum aliquod mei in vos adfectus testimonium requirebant. Etenim ex quo tu, clarissime D. Constantine, *me amicorum tuorum catalogo adscripsisti, quot quantisque inusitatae benevolentiae officiis me tibi devinxeris, non est huius loci referre. Tantum consilio & auxilio a te accepi hactenus, quantum amicus ab amico accipere & expetere umquam possit: ea in me amando tua est constantia, ea pro meis rebus cura, ut in posterum quoque non minora constanter a te sperem. Tantum itaque etiam me tibi debere profiteor, quantum amicus amico umquam debuit, vel debere poterit. Te vero,* Dicti *carissime, quod attinet, plures nosti esse causas, cur merito, sub Parentis & meo nomine, aliquod adfectus in te nostri* μνημόσυνον *exstare debeat. Si eas recensere vellem, longius eae mihi essent repetendae. Meministi, quam sincero adfectu Pater meus b. m. ante hos XXIV. annos, a primo statim adspectu & complexu tuo, te sit prosecutus,*

quanta cura tuis rebus, tuisque ſtudiis cautum & proſpectum eſſe voluerit. Gratior in paternas aedes hoſpes nullus umquam venit: magis deſideratus nullus umquam diſceſſit: nullius etiam ac tui memoria aeque recens umquam permanſit. Iam, ſi de noſtra privatim neceſſitudine, & perpetua cum animorum tum ſtudiorum coniunctione, Baſileae & Heidelbergae, per plures annos ſuaviſſime olim continuata, vellem verba facere, plures mihi paginae complendae eſſent. Quem privatim a nobis audient, legant aliquando & hic publice, amorem noſtrum indiſſolubilem, filii noſtri, eumque ſimili adfectu, ſimilibus ſtudiis, & paribus etiam, aut etiam maioribus ſucceſſibus, per Dei gratiam, imitentur, aemulentur. Valete, viri clariſſimi, & publicum hoc adloquium boni conſulite. Dabam Baſileae xx. Febr. anno clɔ lɔc xl.

Illuſtrè

EPISTOLA

INLUSTRI ET VERE GENEROSO VIRO

DN. PHILIPPO MORNÆO,

PLESSIACI MARLIANI DOMINO, &c.

IOANNES BUXTORFIUS

S. P. D.

PRo eximia tua & singulari erga bonas literas earumque cultores benevolentia, VIR INLUSTRIS, hanc, quaeso, publicae salutationis meæ, patienter sustine audaciam, quae quanto in me maior, tanto ad eam magis mitigandam, inlustris tua & praeclara

scse

ſeſe extendat gratia. Me certe ad amicum tui per literas adloquium, iam pridem ſolicite titillavit animus, ſed obſtitit praecelſum tuarum virtutum faſtigium, meae tenuitatis ſtatus depreſſior, locorum diſtantia maxima. Nunc tamen & conſtans de inſigni Tua benignitate concepta ſententia, & literarum, quas tracto, & in quarum ſacratius adytum tu quoque ingreſſus es, dignitas ac praeſtantia, iſta omnia obſtacula mihi excuſſerunt, & intrepide accedere perſuaſerunt. At vero, ut divinum eſt oraculum: NULLI CORAM ME VACUI COMPARENTO, Exod. XXIII, 15. ſic & in humanis, coram magnatibus vacuos comparere, ipſa vetat humanitas. Debet enim eſſe, quod gratiam acceſſui conciliet, quod eumdem muniat. En ergo, Vir inluſtris, primitias meſſis meae hiſce canicularibus conlectae, quas (ut munera ſua Iacobus fratri Eſavo placando) ante me praemitto, ut ſic tutiorem in conſpectum tuum receptum habeam. Minutiora haec, fateor, quam ut in tantum uſum adhibeantur: ſed, quae tua eſt generoſa virtus, & excellens in literis Hebrai-

braicis peritia, noſti illud vulgare veterum ſapientum, אל תסתכל בקנקן אלא במה שיש בו כי יש קנקן חדש מלא ישן וכו' id eſt, *Ne reſpicito cantharum, ſed potius id quod in eo continetur : nam quandoque eſt cantharus novus, repletus vino veteri, &c.* Non ſemper vilia, quae in ſpeciem externam tenuia. Noſti etiam illud, quod Achivis oraculum ſciſcitantibus fuit reſponſum, ὀρθόν δ' ὅτι δῶ τις ἐπαίνει. Caeterum veteribus quoque in uſu, *Sine farina non ſacrificandum*, immo nec ſine ſale. Sic enim & טעם & קיום *ſapor* & *ſtabilitas* tanto melius accedebat. Huiusmodi quaedam & ego hic admiſcui. Animus erat, *Abbreviaturas* Hebraicas dumtaxat, poſt alios omnes lucidius explicatas, & dilatatas, hoc tempore proponere. His per accidens in media via acceſſere, Operis Talmudici recenſio, & Bibliotheca Rabbinica. Animadvertebam enim, plura ex his abbreviate proponi apud Scriptores, quam a me inter Abbreviaturas relata. Ut ergo quam minimum in talibus deſideraretur, libros & capita Talmudica perfecte; Rabbinicos libros, quot curſim potui, in aciem diſpoſui.

Ut

Ut vero etiam hocce meum adloquium apud te, Vir inluſtris, tanto ſit acceptius, lubet in illud conferre examen loci cuiusdam ex ſacra Lege veteri, cuius explanatio lucem inferet loco in Lege nova.

Praeceptum Divinum eſt, de *quadraginta plagis*, infligendis iis, qui capitalem poenam non incurrerant. Traditio humana eſt, de *quadraginta minus una*, id eſt, triginta novem, quas Apoſtolus Paulus quinquies a Iudaeis ſe accepiſſe ſcribit, 2. Cor. XI, 24. Huius rei ratio quaeritur: nec enim ſine ratione patres traditionum Iudaicarum id ſtatuerunt. Habent autem ſemper ſua rationum momenta, abſtruſa, aperta, lubrica, ſolida, ſtraminea, ficulnea, quibus ſuas traditiones ſuffulciunt.

Verba legis divinae ſunt: והיה אם בן הכות הרשע והפילו השופט והכהו לפניו כדי רשעתו במספר ארבעים יכנו לא יוסיף להכותו על אלה מכה רבה ונקלה אחיך לעיניך: id eſt, *Erit autem ſi dignus ſit flagris improbus iſte, faciet iudex, ut proſternatur ille, & caedatur coram ipſo, iuxta improbitatem ſuam cum certo numero:*

Qua-

Quadragenis (plagis) percutiet eum , neque addito caedere ipſum ſupra illas plagis pluribus , ne vilis fiat frater tuus in oculis tuis , Deuter. XXV, 2. Hoc patres traditionum non de quadraginta plagis plene, ſed minus una, id eſt, triginta novem, intellexerunt. Textus hac de re expreſſius in corpore iuris Talmudico, libro מכות *Maccoth, cap. III, in Miſchna* , hiſce verbis : כמה מלקין אותו ארבעים חסר אחת שנאמר במספר ארבעים מניין שהוא סמוך לארבעי' ר' יהודה אומר ארבעים שלימות הוא לוקה / id eſt, *Quot (plagis) caedunt eum ? quadraginta minus una , iuxta id quod dicitur* : Cum numero quadraginta , *h. e. numero , qui proximus eſt numero quadrageſimo. R. Iehuda autem ſtatuit , quadraginta integris flagellandum eſſe.* Ratio huius traditionis plenius explicatur & deciditur in ſubiecta ipſi Gemara , his verbis , מ"ט אי כתיב ארבעים במספר הוה אמינא ארבעים במניינא דכתיב במספר ארבעים מניין שהוא סוכם את הארבעים i.e. *Quae ratio eſt ?* (quis ſenſus rationis , quam Miſchna ſive traditio adfert ?) *Si ſcriptum eſſet* , Quadraginta in numero , dicerem , (*intelligenda eſſe*) quadraginta

za numero (pleno :) *nunc vero , quia ſcriptum legitur* , Cum numero quadraginta , *intelligitur numerus , qui numerat* (ſtatim poſt ſe) *quadraginta*. Notandum hic , diſtinctionem verſus per Sophpaſuk , ſive duo maiora puncta , inter במספר & ארבעים / hic a Talmudicis negligi , & במספר ארבעים coniunctim legi , ſub forma conſtructionis ſubſtantivorum , quaſi dicas , cum numero quadrageſimi , id eſt, ut Miſchna interpretatur , qui proximus eſt quadrageſimo : vel , ut Gemara , qui numerat quadraginta : vel , ut R. Salomon Gallus , qui perficit numerum של ארבעים / qui in cauſa eſt , ut poſt eum ſtatim numerentur quadraginta , & iſte eſt numerus triginta novem. Maiemon poſt R. Salomonem in eumdem ſenſum ſcribit , inquiens : Si dixiſſet ארבעים במספר *quadraginta numero* , aequum eſſet , ut intelligerentur quadraginta plene, quia vero praemittit במספר / vult dicere , ne verberetur plagis infinitis , ſed במנין ידוע *numero certo* & definito , prout poſſit ferre , ſicut dicitur , כדי רשעתו במספר *Iuxta improbitatem*

ſuam numero certo : & quando poſtea ſtatim ſubjicitur, Quadraginta caedet eum, ſenſus eſt, uſque ad quadraginta. Id tempore Apoſtolorum ſic uſitatum fuiſſe, Paulus ſuo exemplo teſtatus eſt, & confirmavit Joſephus, lib. Antiq. IV, cap. VIII. Atque hoc ſubtile eſt patrum circumciſorum de triginta novem plagis inventum, & firmiſſimum ſcilicet traditionis iſtius fundamentum. Subtilius poſtea de eo philoſophati ſunt quidam poſteriores Rabbini, ut R. Bechai, R. Abraham in Faſciculo myrrhae, & alii, quorum ſubtilitates prudens omitto : non enim hic eſt locus ipſarum. Noſtri interpretes plerique, clementiae aut humanitatis maioris cauſa, ſubtractam unam plagam exiſtimant, ſed ex praecedentibus ſatis adparet, Judaeis id eſſe de genuino Legis ſenſu. Nam ſi videretur non poſſe omnes plagas ferre, detrahebant quasdam. Id liquet ex Miſchna eadem; quae ſic ait: אמרוהו לקבל ארבעים לוקה מקצת ואמרו אין יכול לקבל ארבעים פטור / אמרוהו לקבל שמונה עשרה משלקה אמרו יכול הוא לקבל ארבעים פטור

id

id est, *Si* (judices) *aestimaverint* (condemnaverint) *eum ad recipiendum quadraginta plagas, caesusque fuerit nonnihil, & dixerint, non posse eum sufferre quadraginta, liber est* (scilicet reus a susscipiendis reliquis, & sufficiunt ipsi, quotquot accepit, quia paucis istis iam tantopere deformatus & vulneratus est, ac si omnes accepisset plagas;) *si aestimaverint eum ad recipiendum octodecim plagas, &, postquam caesus, dixerint, posse eum sufferre quadraginta, liber est.* (quia sententiae stetit, sed potest reliquas susscipere die sequenti.) Bartenora inquit: *Quicumque caedebantur in domo iudicii, eos aestimabant prius,* (ad certum numerum condemnabant) *ne morerentur propter plagas, sicut scriptum est:* לא יוסיף Non superaddet istis, *quod docet, si opus sit minuere plagas, minuuntur.* Sic & Maiemon statuit, prohibitum esse superaddere plagis quadraginta, non autem detrahere, ne vel minimum reus vulneretur, & despectus ac deformis fiat frater ipsorum; vel ne plane ex ictibus moriatur. Non enim omnes, plagis aequaliter ferendis, ex aequo

diſpoſiti ſunt. Cum his conſentit doctiſſimus interpres Latinus, qui ſcribit: *AEqualis quidem non praefigitur modus, ut pariter omnes verberentur: tantum interdicitur, ne ad ſummum pro delicto ultra plagas quadraginta iudices infligere iubeant.* Ex eadem mente Lyra ſcribit: *Sapientes vero Iudaeorum, ad praetendendum pietatem ordinaverunt, quod de illo numero aliquid dimitteretur, plus vel minus, prout rationabiliter videretur ratione delicti, vel conditionis verberandi.* Hinc patet, nec Burgenſem, nec Replicatorem, Judaeorum ſtatuta intellexiſſe. Chryſoſtomus Homil. 25. in cap. XI. ep. 2. ad Corinth. ſubtractam unam plagam ſcribit, ne, ſi reus plus quam quadraginta accepiſſet, infamis redderetur. At vox Hebraea נקלה hoc, ut mihi quidem videtur, non ſignificat. Sic fuerunt rationes doctorum communium de numero plagarum, a quibus diſceſſit R. Jehuda, qui quadraginta plene voluit, ſed אין הלכה כרבי יהודה *non fuit recepta ſententia ſecundum R. Iehudam.*

Videamus & formam, quae in poe-

na

na hac infligenda fuit obſervata. Ex textu Scripturae adparet, ſontem fuiſſe proſtratum; fuiſſe caeſum coram iudice, ut is exceſſum, ſi quis fieret, temperaret: fuiſſe lente & ſenſim flagellatum, ut plagae numerari poſſent. Sed producamus hiſtoriam Hebraicam antiquam, qua modus plene deſcribitur. Libro & loco citato, alia Miſchna ſive traditio eſt, his verbis:

כיצר מלקין אותו / כופת שתי ידיו על
העמוד הילך ואילך וחזן הכנסת אוחז בבגדו
אם נקרעו נקרעו ואם נפרמו נפרמו
עד שהוא מגלה את לבו / והאבן
נתונה מאחריו וחזן הכנסת עומד עליו
ורצועה בידו של עגל כפול אחד
לשנים ושנים לארבעה ושתי הצועות
עולות ויורדות בה: ידה טפח ורחבה
טפח וראשן מגערת על פי בריסו ומכה
אותו שלש אחד מלפניו ושתי ידות
מלאחריו / ואינו מכה אותו לא עומד
ולא יושב אלא מוטה שנאמר והפילו
השופט / והמכה מכה בידו אחת
בכל

בכל כחו / והקורא קורא אם לא
תשמור לעשות וגו׳ והפלא ה׳ את
מכותיך ואת מכות וגו׳ וחוזר לתחילת
המקרא ושמרתם את דברי הברית
הזאת וגו׳ וחותם והוא יכפר עון וגו׳
id eſt, *Quomodo caedunt ipſum? Ligat lictor ambas manus eius ad columnam hinc inde: miniſter coetus iudicialis corripit veſtes eius, ſi rumpuntur, rumpuntur; ſi diſſuuntur, diſſuuntur; eo uſque ut revelet pectus eius. Poſt eum lapis poſitus, cui inſiſtit miniſter, habens in manu ſua lorum tauri-*
num duplicatum, unum in duo, & duo in quatuor, quae duo lora adſcendebant & deſcendebant in eo. Manubrium eius palmus erat, & latitudo palmus, ſummitas eius pertingebat uſque ad os ventris ipſius. Caedebat autem eum tripliciter, uno loro ab anteriore parte, aliis duobus loris a poſteriore parte. Non percutiebat eum neque ſtantem neque ſedentem, ſed inclinatum, ſicut dicitur, והפילו Et proſternet eum *iudex, Deut. XXV, 2. Caedens caedebat eum manu ſua una ex omnibus viribus ſuis, & praeco interea clamabat: Si non obſervaveris,*

ut omnia facias verba Legis huius , &c. omnino mirabiles efficiet Dominus plagas tuas , & plagas seminis tui , &c. Deut. XXXVIII, 58. 59. repetitque & addit : Quapropter observabitis verba foederis huius , &c. Deut. XXIX, 9. Tandem finiens , ait : Ipse autem misericors expiabit iniquitatem, &c. Psal. LXXVIII, 38. Haec Traditio Patrum , quae ut melius intelligatur , paucis inlustranda. *Ad columnam* ; lignum terrae infixum, altitudinis sesquicubiti, ut reus ipsi incumbere posset inclinatus. *Hinc inde* ; utrimque ad lignum. *Minister coetus iudicialis* , חזן הכנסת alias communiter vocatur minister synagogae sacrae ; hic autem sumitur pro ministro iudiciali , lictore , carnifice , qui sententias latas exsequitur. *Rumpuntur* ; extra suturam. Vestes detrahendae erant usque ad femora, sive per rupturam sive per scissuram suturae. *Post eum* ; sontem. *Lorum taurinum* ; bubulum oblongum, ut ventrem pene circumiret. Bubulum erat, quia, cum dicitur, *Quadraginta caedet eum* , statim subiicitur, *Non obturabis os bovi trituranti* , q. d. qui hoc facit , sentiet pellem bovis in sua

pelle. *Duplicatum* ; utrimque loro bubulo additum lorum minus asininum , sed bifidum utrumque , quod dicit Gemara , unum in duo , & duo in quatuor. *Adscendebant* ; promoveri poterant sursum vel deorsum,prout necessitas postulabat , non secus ac cingula & stapedes ephippii contrahuntur & laxantur. Breviora erant , quia femora tantum debebant attingere. Ex asino , iuxta illud : agnoscit bos possessorem suum , & asinus praesepe domini sui , Israel autem non cognoscit, Jesa. I. q.d. Deus : Veniat asinus, qui agnoscit praesepe domini sui , & vindictam sumat ab eo,qui non agnoscit praesepe domini sui. *Manubrium*; lignum, unde lorum bubulum dependebat, longitudinem habebat palmi. Ipsi foramen erat inditum , unde duo breviora lora adscendebant vel descendebant , id est , contrahebantur vel laxabantur , pro ratione corporis caedendi. *Latitudo* ; lori maioris bubuli. *Ad os ventris* ; ad umbilicum & pectus. *Tripliciter* ; singuli ictus triplices erant: longius lorum pectus & anteriorem ventrem caedebat , iuxta illud ; והכהו לפניו

לפנין *& caedet eum ad conſpectum eius* : Ergo triplex huiusmodi ictus loco trium erat, & proinde infligebant dumtaxat tredecim plagas, quia ter tredecim ſunt triginta novem. Triplicatio haec fundata in textu Legis de hac poena, in quo ter caedendi verbum repetitur, nempe והכהו/יכנו/להכותו. Hinc in eadem traditione, אין אומרין אותו אלא במכות ראויות להשתלש *Non condemnant eum niſi plagis, quae conuenientes ſunt ad triplicandum.* Et R. Bechai, המכות הן משולשות ושלשה פעמים י"ג הם ט"ל *Plagae ſunt triplicatae, & ter 13. ſunt 39. Manu ſua una*; ambabus attollebat lorum, una infligebat ictum, quia id conuenientius. *Ex omnibus viribus*; iuxta illud מכה רבה *Plaga vehementi.* Praeco; primarius iudex adclamabat ipſi, legendo vel recitando dicta ſequentia Scripturae, quae partim ad poenitentiam, partim ad conſolationem inſtituta: iudex ſecundus numerabat ictus: tertius monebat ad caedendum, proclamans, הכהו *caede cum.* Cum multi adhuc reſtarent ictus, iudex primus producebat ſermonem; cum pauci, deproperabat,

ut cum fine plagarum, finiret ſermonem ſuum. Ceterum conſiſtorium minus & inferius, quod trium erat iudicum, tractabat דיני ממונות res pecuniarias, lites & ſimiles cauſas civiles, quae mortis poenam non attingebant, & huic quoque flagellatio, quam מלקות *Malkus* vocant, erat ſubiecta, de cuius forma haec dixiſſe ſufficiat.

Ad te nunc, Vir inluſtris, redeo, ut initio coeptum adloquium finiam. Tu ex iis, quibus Hebraeorum monumenta in pretio, ut praeclara tua ſcripta ſatis ſuperque teſtantur. Vehementer certe, poſt aliorum tuorum lectionem, delectatus ſum admonitione tua ad Iudaeos de Meſſia, in qua ſecretiores quosque Hebraeorum libros, ad argumenti tui probationem, adfluentiſſime producis. Quem non delectet cum talibus literarum principibus amice & modeſte de bonis literis conloqui? At dices מה לאיילה בין האריות *Quid cervae inter leones?* immo ſoli leoni ex feris clementia in ſupplices proſtratis parcit, teſte Plinio lib. VIII. cap. XVI. Socium modo non

fert.

fert. Nec ego me in magnatum ſocietatem familiarius ingeſſerim, memor eius, לא תתורע לרשורת *Ne familiaris fias principatui.* Sunt tamen principes & ſuorum ſcutum, & ſupplicum refugium. Quo iſta Hebraeorum paroemia facit, שלחו מתם ליבעי רחמין איתכליא על עליא דאלמלא עליא ולא מתקיימין איתכליא id eſt, *Mittebant inde* (ex Babylonia) *botri uvarum ad implorandam gratiam pro foliis : quod ſi enim non eſſent folia, non poſſent ſubſiſtere botri*. Cholin. fol. 92. 1. Nempe ut folia botros ab iniuriis tempeſtatum defendunt : ſic principes gratiae & potentiae ſcuto obtegunt & tuentur ſubditos. די למבין *Sat ſapienti.* Benigne ergo, vir inluſtris, patere, ut hocce meo libello tenui, in tuam gratiam me inſinuem, & ut liber ipſe praeclari tui nominis auctoritate munitus, tanto liberius in aliorum conſpectum prodeat, ac ſui ſtudioſos plures occupet. Quod ſi intellexero, non ſolum ad maioris operis, in quo iam per aliquot annos deſudo, alacrem continuationem mirifice me accendes, ſed faciet quoque tuae benevolentiae aura ſerenior,

nior, ut hae ipsae Abbreviaturae & Bibliotheca Rabbinica, *crescant occulto velut arbor aevo*, ut Horatius Carm. l. 1. 12. loquitur. Et ψευσάδες ὄμβρον γεννῶσαι. Sic Te Deus praepotens ecclesiae suae columen, omnis doctrinae inlustre fastigium, piorum patrocinium immotum, insuperabile, tutissimum, clementer diutissimeque conservet. Vale optime. Basileae VII. Aug. Anno Christi MDCXIII.

JO-

IOHANNIS BUXTORFI

DE

ABBREVIATURIS HEBRAEORUM TRACTATUS.

AD rectius intelligendos Moſis & Prophetarum libros, ſermone Hebraeo ſcriptos, plurimum profuiſſe, & adhuc prodeſſe, ſapientum Hebraeorum eruditos libros, teſtati ſunt omnibus ſeculis, & teſtantur doctiomnes, qui voces Veteris Teſtamenti obſcuras, loca perplexa, ſententias in varios ſenſus diſcerptas, dextre ex ipſorum libris explicarunt: ac etiamnum explicant. Teſtes priſcae eccleſiae patres noſtri, teſtes ſcholae hodiernae. D. Hieronymus in Apologia adverſus Ruffinum ſcribit: *Ipſe Origenes, & Clemens, & Euſebius, atque alii complures, quando de Scripturis aliqua diſputant, & volunt ad-*

probare quod dicunt, ſic ſolent ſcribere: referebat mihi Hebraeus: audivi ab Hebraeo: Hebraeorum iſta ſententia eſt. Iohannes Mercerus, ſuperioris ſeculi lumen vivum & clarum, in commentariis ſuis doctiſſimis in Ioelem cap. I, 17. ait: *Ubi Scripturae verbis deſtituimur ad aliquid Hebraice explicandum & exprimendum, ad Hebraeorum ſcripta recurrendum eſt, cum veterum Hebraeorum, hac lingua ſcriptorum, magna laboremus inopia. Exempli gratia* עָבַשׁ *tantum ſemel* [*dicto loco Ioelis*] *occurrit, in ſignificatione dubia. Illic tuto quis ad Rabbinorum ſcripta, quandoque etiam ad Chaldaeam linguam recurrat, ut inde latiorem ſignificationem depromat.* Haec ille: alios praetereo. Libros autem Hebraeorum legere & intelligere, non eſt cuiusvis. Nam plura adminicula ad id requiruntur, quibus plerique carent; aut quibus conſequi datum, vel non ad votum illico iis iuvantur, vel in bonum publicum non utuntur. Inter adminicula iſta, quae lectionem librorum Rabbinicorum percommode promovent, non poſtremum ABBREVIATURARUM dextra cognitio.

Abbreviaturae ſunt aliarum vocum literae initiales, in vocis formam coniunctae, & duobus apicibus ſuperne notatae, quarum ſingulae ſingulas dictiones alias connotant. Hinc ab Hebraeis vocantur רָאשֵׁי תֵּיבוֹת *Capita, initia vocum.* Tantopere hoc ſcribendo Hebraei gaudent, ut nullus liber, nullum ſcriptum, nulla epiſtola, nulla pagina aut ſcheda,

eo

eo fere careat. Hae ſalebrae ſunt, ad quas incauti impingunt & haerent; prudentes ſcite & impedite pertranſeunt. Qui autem ſaltu eas praetereunt, verum plerumque ac perfectum loci ſenſum amittunt. Peperit eas partim ſcriptionis celeritas, partim uſus celebritas.

Ceterum literae in hunc uſum non ſumuntur quaelibet, ſed initiales tantum, quae totam vocem ſuam indicant. Talia apud nos ſunt I. U. D. pro, Iuris utriusque doctor: S. P. Q. R. pro, Senatus Populusque Romanus: S. P. D. pro, ſalutem plurimam dicit, & ſimilia.

Interdum etiam vltimae vocum litterae pro abbreviaturis conliguntur, quod apud Cabaliſtas non infrequens eſt, & tunc vocantur iſtae סוֹפֵי תֵּיבוֹת *finis dictionum*. Hinc יוהך *Iuhach* eſt nomen angeli, hominum cuſtoniae praefecti, deſumtum ex finalibus literis harum vocum, כִּי מַלְאָכָיו יְצַוֶּה לָךְ *nam angelis ſuis praecipiet de te, ut cuſtodiant te in omnibus viis tuis*, Pſal. XCII, 11.

Porro abbreviaturae ſunt vel *propriae*, vel *impropriae*, ſive *perfectae*, vel *imperfectae*.

Propriae, quando duae pluresve literae coniunctae ſingulas integras dictiones alias ſignificant: ut, זל pro זִכְרוֹנָם לִבְרָכָה *memoria ipſorum ſit in benedictionem*, id eſt, *benedicta*: אצל pro אֵין צָרִיךְ לוֹמַר *non eſt neceſſe dicere*. Quandoque tamen duae vocis alicuius literae ſimul ſumuntur, ad eam diſtin-

ctius ſignificandam : ut יתש, pro יִתְבָּרֵךְ שְׁמוֹ *benedictum ſit nomen eius* : pro הקבה הַקָּדוֹשׁ בָּרוּךְ הוּא *ſanctus benedictus ille Deus.*

Propriae ſunt vel *generales* vel *ſpeciales*, aut, quod idem, *communes* vel *privatae.*

Generales ſive communes, quarum uſus ubique conveniens eſſe poteſt : ut, איה pro אִם יָעֲזוֹר הַשֵּׁם *ſi iuverit Dominus*, Deo iuvante.

Speciales ſive privatae, quae in auctore aliquo certo, certo libro, certa ac ſpeciali aliqua materia magis uſurpantur, quarum uſus alibi incommodus eſſet. Sic Grammatici, Maſorethae, Talmudici ſuas habent privatas abbreviaturas ; ſic in libris precum, in libris ritualibus, in libris Cabaliſticis, aliisque ſimilibus, certae ac ſpeciales abbreviaturae ſunt.

Literas iſtas ſymbolicas ſic coniunctas, Iudaei brevitatis cauſsa ſolent communiter per pathach legere, ac ſi dictionem per ſe conſtituerent : ut, סל Sal, רזל Razal, רדק Radack, רמבם Rambam-Literae ו & י vocales ſaepius indicant, E. I. O. U : ut, רשי Raſchi, ריבן Rivan, תיקו Teku, ויהך Iuhach.

Impropriae ſunt, quando una alterave litera a fine vocis reſecatur, & reſecta indicatur virgula obliqua, ad ſummitatem literae ultimae poſita : ut, אמ' pro אָמַר *dixit* : ישר' pro יִשְׂרָאֵל *Iſrael.* In monoſyllabis biliteris hoc abbreviandi genus vix umquam contingit.

git. Non enim licet ponere ' pro אֶת, neque ' pro עַל, & ſimilia. Unicum excipitur ' pro דַּף *folium, pagina libri.* Huius generis ſunt:

'אונק pro אוּנְקְלוֹס *Onkelos*, quod eſt nomen paraphraſtis Chaldaei in legem.

'בט, id eſt, בְּטַעֲם *cum accentu.* apud Maſorethas.

'בפ, id eſt, בְּפֶרֶק *in capite.* Rabb.

'גו, id eſt, גּוֹרֵס *legit.*

'גי, id eſt, גִּירְסָת *lectio.* Sic cum litera ſervili ב, 'בגי *in lectione, cum lectione*, vel בִּגְמַטְרִיָּא *Gematrice*, de quo vide גמ"ת.

'דכו', id eſt, דְּכְוָתֵהּ *quod ſicut illud, ſimile ipſi.* Maſ.

'וגו, id eſt, וְגוֹמַר *& reliquum, & cetera.* Poſt abruptum Scripturae locum uſurpant tantum.

'וכו, id eſt, וְכוּלּוֹ *& totum illud*, hoc eſt, *& cetera, & reliqua.* Vſurpant, quando ſententiam abrumpunt. Aliquando apud Maſorethas, וְכוּלְּהוֹן *& omnia iſta.*

'חס, id eſt, חָסֵר *defectivum.* Maſ.

'יי Pro Nomine Tetragrammato יהוה interdum ſcribunt ". Priſci [ut magni auctores volunt] notarunt ',' per tria iod, myſterii, ut putatur, cauſa.

'יתו'ויתו, id eſt, יִתְבָּרַךְ וְיִתְעַלֶּה *benedictum ſit & exaltetur.* Nomini Dei ſubiici ſolet, quod numquam ſine reverentia uſurpant. Quandoque unicum tantum ponitur, quandoque coniunguntur, ut familiariter fit

in libro מִזְבַּח הַזָּהָב. Saepe praeponitur שׁ, ut שׁית *quod* vel *qui*, &c. Saepe etiam ponitur שׁ״ש, de quo inter abbreviaturas perfectas.

כג׳ vel כגו׳ id est, כְּגוֹן *sicut.* Idem valet quod Hebraice כְּמוֹ.

כל׳, id est, כֻּלָּם vel כֻּלְּהוֹן *omnia ista.* Maſ.

כלו׳, id est, כְּלוֹמַר *ſecundum dicere, ac ſi diceret, verbi gratia.* Rab.

כשא׳, id est, כְּשֶׁאָמַר *quando, cum dicit.* Rab.

לד׳, hoc est, לְדַעְתִּי *iuxta ſententiam meam.* In Concordantiis in praefatione noſtra aliter legimus. Sed haec expoſitio vera eſt.

לפי׳, id est, לְפִיכָךְ *idcirco.* Aliquando לְפֵירוּשׁ *iuxta expoſitionem.*

לומ׳, id est, לוֹמַר *dicere.* Infinitivus Rabbinicus verbi אָמַר, pro לֵאמוֹר.

לונ׳, id est, לְיוֹנָתָן *ſecundum Ionathanem.*

מגז׳, id est, מִגִּזְרַת a *radice* vel *themate.* Gram.

מרינ׳, id est, מְדִינָהְאֵי *Orientales.* Maſ.

מיב׳ לי׳, id est, מְיַבָּעֵי לֵיהּ *quaeritur ipſi.* Talm.

מתני׳, hoc est, מַתְנִיתָא *traditio*, doctrina. Tal.

סבי׳, hoc est, סְבִירִין *exiſtimantur.* Maſ.

סי׳, id est, סִימָן *σημεῖον, ſignum, caput libri.* Rab.

פי׳ id est, פֵּירוּשׁ *expoſitio*, vel פֵּירֵשׁ *explicat.* Rab.

שי׳, id est, שֶׁיִּחְיֶה *qui vivat*, vel שֶׁיִּחְיוּ *qui vivant,*

vivant, vel שֶׁיִּתְבָּרֵךְ *quod benedictum sit*. Prius nomini viventis subiicere solent, posterius nomini divino, & sic etiam ת in fine adiicitur, שית'.

שנ' id est, שֶׁנֶּאֱמַר *quod dicitur, sicut dicitur*, scil. in sacra Scriptura. Usurpant, quando dictum aliquod Scripturae adlegant.

שת' id est, שֶׁתִּחְיֶה *quae vivat*: feminae viventis nomini in familiaribus epistolis subiici solet.

תו', id est, תּוֹב, *praeterea, amplius, porro*, idem quod Hebraice עוֹד.

תנ' id est, תִּנְיָן vel תִּנְיָנָא *secundum, alterum*: Hebraice שֵׁנִי vel שֵׁנִית. Masor. Ex his similes alias prudens lector aestimabit & observabit.

Dixímus antea, abbreviaturas proprias duobus superne apicibus vulgo notari. Id verum, sed non contra duo apices semper abbreviaturas indicant. de quo plura notanda sunt.

Primo, literae apicibus notatae, tam singulae, quam plures, numeros etiam denotant, id quod ex sensu facile animadverti potest. Praecedere enim aut sequi aliquid solet, ad quod numerus refertur, veluti ברף כו״ח *folio XXV.* שנת תר״ג *Anno* ɔɔcxiii. בפרי י״ב *in capite XII.* סימן ק״ו *signo CVI*; עמוד ב' *columna* vel *pagina II.* &c.

Secundo, nomina Alphabethi, πεχνικῶς sumpta, his apicibus quoque notari solent: ut, אל״ף *Aleph*, בי״ת *Beth*, גימ״ל *Gimel*.

Voluntquidam,& alia nomina grammaticalia veluti שֵׁם *nomen*, פָּעַל *verbum*,&c. ſic ſignari, quod a me non eſt obſervatum.

Tertio, nomina barbara aliarum linguarum, veluti Graeca, Latina, Gallica, &c. Item nomina urbium gentilium, nomina propria Chriſtianorum, quae in lingua Hebraea ſunt barbara & peregrina, ſic omnino ſignantur,veluti בז״ל *Baſel*, ſive בז״ל׳אר *Baſilea*, סטראסבורג *Strasburg*, ורנקב״ורט *Franckfurt*, ונ׳צ״אר *Venetia*, פלנט״ינום *Plantinus*, בומב״ירגוס *Bombergus*, & ſimilia.

Quarto, סִימָנִים *ſigna*, id eſt, voces, quae certae alicuius rei ſignum memoriale ſunt: מֹשֶׁה וְכָלֵב, quae per ſe ſunt nomina propria biblica, apud grammaticos ſumuntur pro vocibus ſymbolicis literarum ſervilium, & tunc ſic notantur apicibus, משה׳ וכל״ב. Item, הָאֱמֶנֶת vox eſt per ſe ſignificativa,at cum eſt ſymbolum literarum formativarum nominum, tunc notatur, הא׳מנ״ת. Sic nomen יְהוֹאָ *Iehu*,literarum quieſcentium ſymbolum, & ita plurimae aliae. Sic deinceps Maſorethae habent ſua ſigna ac voces ſymbolicas, Talmudici ſua.

Ad hanc claſſem quoque referri poſſunt voces communes, quae per ſe ſignificativa: ſunt, & in continuata ſententia uſurpantur, ſed praeterea certum numerum exprimunt anni, quo aliquid agitur vel actum eſt. Exempli cauſa, Anno Chriſti cIↃ IↃCX, quo belli faces exardere coeperant per Alſatiam,

&

& alia loca vicina , uſurpabam dictum aliquod Scripturae in fine epiſtolae Hebraicae, quam tunc ad Rabbinum quemdam Francofurtenſem exarabam , in cuius una voce continebatur annus,nempe שנת כוננו חצם על יתר *Anno aptarunt ſagittam ſuam nervo*,Pſalm.XI,2. Hic יתר in numero continet 1ocx, quae vocatur ſupputatio minor,omiſſo millenario. Tali aliqua voce Scripturae,eleganti dicto incluſa, ſolent uti in titulis librorum , ad indicandum annum impreſſionis : ut , Talmud Iudaicum inprimi coeptum Baſilcae Anno Chriſti 1578.unde in titulo iſtius Voluminis, quod tunc excudebatur , ponitur , גרפס שנת פרות שלח לעמו *impreſſum Anno* , *redemtionem miſit populo ſuo* , Pſal. CXI, 9. Hic שלח continet 338, qui annus , ſupputatione minore Iudaica , reſpondet anno praedicto Chriſti nati.

Item huc pertinent voces, quae a communi ſuo uſu ad myſterium aliqnod ſignificandum , aut aliud ſpeciale occulte indicandum, adcommodantur , cuius cauſa etiam apicibus notari ſolent. Verbi gratia , שִׂמְחָה eſt nomen adpellativum , *laetitia*, eſt & nomen proprium virorum inter Iudaeos. Ad talem cum aliquando darem literas Hebraeas , implorans eius operam in comparando mihi libro Hebraico , euphemiae cauſa uſurpabam in frontiſpicio epiſtolae illud Salomonis : תוחלת צדיקים שמחה *exſpectatio iuſtorum laetitia eſt* , Proverb. X, 28. Hic apices denotant,

tant, vocem iſtam genuino quidem ſuo ſignificatu uſurpari, ſed praeterea occulte adcommodari ad nomen proprium iſtius viri *Simchae*, qui ſpes bonorum ſit, ſi votis ipſorum adnuat. At cum petito meo non ſatisfeciſſet, denuo ad eum ſcribens, aliud ex eodem Salomone in fronte literarum ponebam, ad negligentiam eius occulte carpendam, nempe: אחריתה שמחה תוגה, *extremum laetitiae moeror eſt*, ex Prov. XIV, 13. volens dicere: tandem *Simcha* dolebit, quod mihi non ſit gratificatus. Viciſſim Iudaei, ad me ſcribentes, in fronte literarum ponunt ſaepe haec verba, יחנך אלהים *gratiam faciat tibi Deus*, ex Geneſ. XLIII, 29. item, אלהי צבאות יהוה יחנן, *miſereatur Dominus Deus exercituum*, ex Amos V, 15, ubi apices deſignant, adluſionem fieri iſtis vocibus ad nomen meum יוחנן, quaſi ſimul eadem voce dicant: *gratiam faciat tibi ô Iohannes*, &c. Item, בגדי ישע לבושו *veſtes ſalutis ſunt veſtimentum eius*, adludendo ad locum Pſalm. LXI, 10. ubi apices notant, vocem iſtam adluſionem continere ad nomen ישוע, quaſi dicerent: *veſtes ſalutis Salvatoris Ieſu ſunt veſtimentum eius*. De hoc modo ſcribendi vide amplius noſtram inſtitutionem epiſtolarem Hebraicam, capite III. Sed אגב גררה per occaſionem in tranſitu hic prodam impoſturam Iudaicam. Quidam Rabbi Francofurtenſis ישעיה ענו *Ieſaias Anaf*, id eſt, *humilis*, (nunc ivit ad infima terrae,) ante triennium ad me ſcribens, hoc dicto Ieſaiae prophe-

phetae in fronte literarum utebatur : יהוה אמונת עתך חוסן ישׁוּעות *Eritque firmitas temporis tui robur ſalutum*, id eſt, *omnis ſalutis*, Ieſa. XXXIII, 6. Voluit ſignificare, me credere in IESUM, & ab eo omnem meam ſalutem exſpectare : ſed obſerva venenatam lanceam in latus Chriſti infixam. Vocem ישועות divulſit, hoc modo, ישׁוּ עות, ſupra poſitis apicibus, quibus ſignificatur, non fruſtra hanc vocem ſic a ſe ſcriptam eſſe, nempe quod ישועות ſit quaſi ישן עות *Ieſchu* (ſic dicunt ipſi pro Ieſus) *perverſus*, vel, *qui pervertit*, ſcil. legem Dei. Ergo voluit ſignificare, robur meum eſſe perverſum iſtum Ieſum. O malitiam Iudaicam ! o benignitatem Chriſti, tamdiu blaſphemum hominum genus tolerantem ! Perplura huius generis, quae in Chriſtum & Chriſtianos evomunt, ſervo in peculiarem librum. Redeo ad propoſitum.

Quinto, Literae primae plurium vocum quandoque uno, quandoque gemino apice notantur, quae conlectae nomen aliquod proprium conſtituunt. Sic auctores librorum frequentiſſime ſua nomina primis vocum literis occulte exprimunt : ſic amici & familiares nomen eius, quem epiſtola ſalutant, (vide Epiſtolas noſtras Hebraicas) ſic alii alia. Hinc auctor celebris iſtius libri Cabaliſtici, *Schaare orah*, *Portae lucis*, librum ſuum incoat talibus verbis יסוד החכמה ועקר הקבלה אמונת השם ית האמן אם דרך נחוחא ידרכו זכו׳ Hic primae literae, apicibus notatae, in tres has

has dictiones conliguntur, quae conſtituunt tria nomina divina, nempe, יהוה *Iehova*, אהיה *Ehejeh*, אדני *Adonai*. Rambam, id eſt, *Rabbi Moſche ben Maimon*, librum ſuum יד his verbis incipit: יסוד התורה ועמוד החכמה ubi primae literae nomen יהוה exprimunt.

Reperias & aliis de cauſis apices adhiberi, quas prudens & peritus lector facile ex circumſtantiis cognoſcet. Veluti, in Maſora circa textum, quando auctor, qui eam conlegit, & in ordinem redegit, animadverſionem quamdam ſpecialem ſuis verbis ad notas maſorethicas adiicit, tum ſingulas voces apicibus notat, ut ſic videatur, ea verba eſſe auctoris, non priſcorum Maſoretharum.

Denique notandum, abbreviaturis frequentiſſime praefigi literas ſerviles communes, quales ſunt, משה וכלב *Moſche vecalef*, & quatuor praepoſitiones בכלם *Bachlam*: pronomen ש *qui, quae, quod*: ו coniunctio copulativa: ד nota genitivi caſus ex uſu Chaldaico, & quandoque pronomen, idem quod ש: denique א ex uſu Talmudico. Quod ſi ergo incideris in abbreviaturam ab una harum literarum incipientem, neque in ea litera eam repereris, tum quaere in litera proxima; quod ſi & illa ſervilis ſit, adi literam tertiam. Saepe tamen eriam ſerviles vocem ſuam principalem, cui ſerviunt, ſignificant, ut in ſequentibus patebit. Haec praemonuiſſe nunc ſatis eſto: ſequuntur abbreviaturae juxta ordinem Alphabeti.

א

א

1. Servile quandoque ab initio esse, paulo ante dictum.

2. אֵל vel אֲדֹנָי *Deus, Dominus*, pro nomine tetragrammato apud Cabalistas. Unde & Reuchlinus lib. III. Cabalae scribit א: *nota summarum & altissimarum rerum, quae primo effluxu divinae bonitatis subsistunt.* vide locum.

3. אֶחָד vel אַחַת *unus, unum: primus, primum*, id est, ראשון ut: אין גם א' שיכחיש את זה *non est vel unus, qui id neget.* Item, א' בפה וא' בלב *unum in ore, aliud in corde.* Item, יהוה א' ושמו א' *Dominus unus est, & nomen eius unum est.* Apud Masorethas etiam frequens est.

4. אָמַר *dicit, inquit.* In exordio orationis alicuius usurpari solet; in continuato sermone copula ו praefigitur, וא' *& dicit*, vel potius ואמ', resecta tantum ultima litera, & sic ad improprias abbreviaturas pertinet. Sequi autem sic fere solet nomen eius, qui dicit, aut cuius verba proferuntur. Aut pluraliter וא' id est, וְאָמְרוּ *& dicunt.*

5. אֶלֶף *Mille*, sed rarissime. Nam hunc numerum integra voce eloqui solent: ut, שְׁנַת אֶלֶף לִיצִיאַת מִצְרַיִם *anno millesimo ab exitu AEgy-*

Aegypti : משנת גי אלפים תמ״ח ab anno ter milleſimo ccccxlviii.

6. אֲוִיר *Aer*, *aura*, ſecundum elementum, apud Phyſicos interdum.

7. אָדָם *Homo*, ſed id ſæpius in abbreviatura coniuncta, veluti אבו״ד, id eſt, אָדָם בָּשָׂר וְדָם *homo caro & ſanguis.*

א״א

1. אֲנִי אוֹמֵר *ego dico.* Utuntur Rabbini, quando auctoris alicuius ſententiam corrigunt vel refutant, aut notam vel animadverſionem in eam ponunt. Cum praefixa copula, ואי״א *at ego dico.*

2. אֲדֹנִי אָבִי *Dominus parens meus.* Frequens eſt in Kimchii Commentariis, ubi patris ſui R. Ioſeph Kimchii expoſitionem ad locum aliquem Scripturae adfert. Subſequi ſolet ז״ל, quod vide ſuo loco.

3. אָמַר אֵלִיָּהוּ *inquit Elias.* Interdum אֵלִיָּהוּ אַשְׁכְּנַזִי *Elias Germanus.* Obvium paſſim eſt in Eliae Levitae ſcriptis, & in animadverſionibus eius ad Michlol R. Davidis Kimchi.

4. אֶחָד אָמַר *unus dicit:* vel, אַחֵר אָמַר *poſtea dicit:* vel, אֲחֵרִים אוֹמְרִים *alii dicunt*, vel, אִי אֲמָרִית *ſi dixiſſem, ſi dixero:* vel, אִי אָמַרְתָּ *ſi dixeris*, quae duo apud Talmudicos ſaepe occurrunt.

5. אוֹפֶן אֶחָד vel אוֹפֶן אַחֵר *modus unus*, vel, *modus alius.* In commentariis R. Levi obvium.

6.

6. אִי אֶפְשָׁר *non eſt poſſibile.* Cum praefixis ſervilibus, וְאִי֫א *& impoſſibile eſt*; שֶׁאִי֫א *quod impoſſibile ſit.* אִי *non*, per Apocopam, ut in illis אִי כָבוֹד *non gloria, inglorius*, 1. Sam. IV, 21. אִי נָקִי *Innocens*, Iob XXII, 30. & integre, וְאִין *& nonne, numquid?* 1. Sam. XXI, 9.

7. אִי בָּעֵית *ſi volueris, ſi mavis, ſi cupias.* Sequi ſolet אֵימָא *dicam*, quod idem valet atque אוֹמַר Hebraice. בָּעֵא ſive בָּעִי idem quod Hebraice רָצָה, בִּקֵּשׁ Quandoque occurrit ſub forma אִי֫א quandoque אִבָּא. Praeponitur ו copula. Talm.

8. אָמֵן, אֲמֵן *Amen, Amen.* In fine precum.

9. אֵשֶׁת אִישׁ *Vxor viri.* Sic vocatur adultera, quae uxor unius propria, alterius quoque fit per ſcortationem aut adulterium. Uſus eius frequens eſt in materia divortii, aut ſcortationis, apud Rabbinos vulgares & Talmudicos. Cum ſervili בְּאִי֫א cum uxore adultera.

10. אִי אָמְרַתְּ *ſi dixeris, ſi dicis*, ſcil. ſic, tunc bene eſt.

11. אברהם אבינו *Abraham noſter Pater.*

אא

אֶלָּא אִי אָמְרַתְּ *ſed ſi dicis*, ſcil. ita, tunc obiectio mea ſtat in loco ſuo, nec dum diſſoluta eſt. Sic proxime praecedenti formae ſubiici ſolet, Talm. Item, אָמֵן *Amen* repetitum ter, apud Rabbinos.

אב

אא׳ב

אי אמרת בשלמא *si ita dicas, in pace*, ſcilicet quieſcit obiectio, conſentis mecum, nihil contrarii eſt, vel continet tua ſententia, recte eſt, bene dicis, Talm.

אא״ל

Vide paulo ante in אא׳

אא״כ

אֶלָּה אִם כֵּן *niſi quod ſic, niſi alioqui, ſed cum ita ſit*, tantummodo ſi ita ſit. Prior vox ſaepe integre ſcribitur אלא אם׳

אא״ס

אָמֵן אָמֵן סֶלָה *Amen, Amen Sela.* In fine precum aut piorum votorum poni ſolet.

אא״ע

אַבְרָהָם אִבֶּן עֶזְרָא *Abraham Aben-Eſra*: Fuit Theologus & aſtronomus inſignis, de quo infra plura dicentur.

אאע״ה

אַבְרָהָם אָבִינוּ עָלָיו הַשָּׁלוֹם *Abraham pater*, vel *patriarcha noſter, ſuper quo ſit pax*, id eſt, qui in pace quieſcat. Perperam, ut puto, quidam exponunt duas primas literas, אָמַר אַבְרָהָם *dicit Abraham.* Nam ſi hic fuit doctus aliquis in-

inſignis, extra patriarcham & Prophetas, non tribuerent ipſi ſequentem euphemiam, quam tantum Moſi, patriarchis & prophetis tribuere ſolent: ſi patriarcham intelligant, tum repugnat conſuetudini Hebraeorum, qui de Abrahamo patriarcha non ſolent loqui ſine cognomento אבינו. Pro primo א integre legitur nomen אַבְרָהָם in libris precum.

א״ב

אַלְפָּא בֵּיתָא *Alphabethum.* Maſorethae ututuntur, quando dicunt, אב מאותיות גדולות *Alphabethum ex literis maiuſculis.* vide in principio Geneſeos, & libri primi Paralip. Item, אב מן חד חד משמש אב בג גר *Alphabethum vocum ſingularum, quibus ſervit*, hoc eſt, *quae incipiunt ab* גר, בג, אב &c. Cum litera ſervili ab initio, באח *octo ſunt in Alphabetho.* Sic notatum ad vocem עדיות *Teſtimonia*, Pſal. CXIX, 36. Octies ſcilicet iſtam ſic in iſto Pſalmo reperiri, nempe in literis פרץ בן דמר quae ob id ſigni loco ponuntur.

א״ב אב א״ב

אֶחָד בְּתוֹרָה, אֶחָד בִּנְבִיאִים, אֶחָד בִּכְתוּבִים

Vnum in Lege, unum in Prophetis, unum in Hagiographis. Sic loquuntur Maſorethae de voce quapiam, quae hac vel iſta forma ter tantum in Scriptura occurrit, ſemel in Lege Moſis, ſemel in Prophetis, & ſemel in Hagiographiis.

אב"א

Vide ſupra in אא", num. 7.

א"בבי

אֶתְרוֹג , בֵּיצִים , בָּשָׂר שָׁמֵן , יַיִן יָשָׁן *Malum citreum, ova, caro pinguis, vinum vetus.* His non veſcuntur pridie feſti propitiationis , quod vocant יום הכיפור Talmud. Ioma fol. 18. 1.

א"בד

אַב בֵּית דִּין *Pater domus iudicii.* Ut intelligatur, qualis hic fuerit, paucis conſiſtorii antiqui formam explicabo. Erat olim conſiſtorium iudiciale triplex : ex tribus , ex viginti tribus , ex ſeptuaginta & uno iudice. *Conſiſtorium trium* a ſapientibus inſtitutum fuit in locis , ubi pauciores quam centum viginti בעלי בתים , *patres familias*, erant. Unde illud Rabbinorum : אין בית דין פחות משלשה כדי שיהא בו רוב ומיעוט אם וחלוק אחד מהם id eſt , *Conſiſtorium non conſtat pauciorib*us *quam ex tribus , ut ſit in eo plus & minus , ſi unus illorum diſſentiat* , id eſt, duo ſemper ſint conſentientes. Item, שנים שדנים אין דיניהם דין *duo qui judicant , ipſorum iudicium non eſt iudicium*, id eſt, legitimum. Item, אל תהי דן יחידי *ne iudicato ſolus.* Hoc Conſiſtorium judicabat tantum דיני ממונות, *lites pecuniarias. Conſiſtorium*

vi-

viginti trium iudicum erat in locis, ubi centum viginti & plures patres familias Iſraelitae habitabant, iudicabatque דיני נפשות *Iudicia animarum*, id eſt, criminalia, vitam concernentia. Vocatum fuit סנהדרין קטנה *Synedrium minus*, & exercuit iudicium in portis urbis, iuxta illud : *Conſtituite in porta ius*, Amos. V, 15. *Conſiſtorium ſeptuaginta & unius* erat tantum Hieroſolymae, & vocabatur סנהדרי גדולה *ſynedrium magnum*; item בית דין הגדול שבירושלים *domus iudicii magni Hieroſolymitani.* Hinc in Talmud : סנהדרין גדולה היתה של שבעים ואחד וקטנה של עשרים ושלשה *Sanhedrin magnum erat ex ſeptuaginta & uno, parvum autem ex viginti tribus*, Sanhed. cap. 1. in initio. Synedrium magnum ex lege fuit, iuxta illud : *Congrega mihi ſeptuaginta viros e ſenioribus Iſraelis, quos noſti eſſe ſeniores populi & moderatores eius : adſume eos ad tentorium conventus, ut ſiſtant ſe ibi* TECUM, Num. XI, 16. En ſeptuaginta, qui debebant ſe Moſi adiungere, unde facti ſeptuaginta & unus. Moſes autem fuit ipſorum caput, dux, praeſes, praefectus, praetor ſummus. Sic deinceps poſt Moſen ſapientiſſimus omnium electus fuit in caput, qui dicebatur ראש הישיבה *caput ſcholae* vel Academiae, caput curiae, item נשיא *princeps*, fuitque loco Moſis. Qui autem inter LXX reliquos ſapientia & auctoritate praecellebat, is adiungebatur משנה *ſecundarius* Principi, ſe-

debatque ipsi ad dexteram , ac dicebatur אב בית דין *pater consistorii*, vel ordinis senatorii. Hi duo soli sedebant, nonnihil a reliquis senatoribus seiuncti , qui deinceps quasi semicirculum constituebant , ut duo ista capita omnes possent conspicere. De hac re textus iuris : סנהדרין היתה כחצי גורן עגולה כדי שיהו רואין זה את זה ושני סופרי הדיינין עומדין לפניהם אחד מימין ואחד משמאל וכותבין דברי מחייבין ומזכין id est , *Sanhedrin erat instar dimidiatae areae circularis , ut se invicem possent conspicere. Duo scribae erant ante ipsos. Unus ad dextram , alter ad sinistram , & scribebant verba condemnantium & absolventium*, Sanh. cap. 4. fol. 36. 2. in Misna. Hinc Rambam scribit: והם יושבים בכמו חצי גורן בעיגול כדי שיהיה הנשיא עם אב בית דין רואין בולן *Ipsi* [senatores] *sedebant quasi forma semicirculari, ut princeps cum praetore videre possent omnes.* Vide Rambam, sive Maiemonem , parte quarta , fol. 227. & Rabbi Bechai, Numer. XI, folio. 206. col. 3. editionis Venetae , in fol. Talmud. Hierosol. cap. 1. fol. 19. col. 3.

א"בה

אָמַר בָּרוּךְ הוּא *dicit benedictus ille* , scilicet Deus. Saepius Rabbini dicunt קב"ה vel הקב"ה aut אהב"ה אָמַר: הַקָּדוֹשׁ בָּרוּךְ הוּא *Dicit Sanctus benedictus ille.*

א"בי

אֲבִי

אָדָם בָּשָׂר וְדָם *homo caro & ſanguis*, homo carnalis & mortalis. Pro אדם quandoque dicunt אֱנוֹשׁ.

אֲבִי

אֶתְרוֹג, בֵּיצִים, יַיִן יָשָׁן *Malum citreum, ova, vinum vetus:* vide paullo ante אבב׳.

אֲבִידָה

אֱלִיעֶזֶר בַּר יוֹסֵי הַגְּלִילִי *Elieſer filius Rabbi Ioſe Galilaei.*

אֲבִיו

אֲשֶׁר בְּךָ יְרֻחַם יָתוֹם *Quia in te benedictionem conſequetur pupillus.* Verſus Biblicus eſt ex Hoſ. XIV, 14. Apud Talmudicos eſt nomen celebris doctoris Abhai, qui ex eventu hoc nomen accepit. Antequam naſceretur, moriebatur pater eius: ubi natus eſſet, illico moriebatur mater eius. Nomen ipſi proprium fuit נחמני *Nachmani*, q. d. conſolabitur me Deus ob amiſſos parentes. At cum Rabba, alterius Nachmanis filius, eum educandum ſuſciperet, impoſuit ei nomen אביי *Abhai* [ב leniter ſive adſpirate pronunciato] deſumtum ex capitalibus literis ſuperioris verſiculi, boni ominis cauſſa, tum etiam, ne putaretur eſſe filius aut nepos iſtius Nachmanis, cuius filius Rabba eum educaverat. Le-

gitur in commentario ad libellum מעמרות *Officiorum*, in libro חליפות עולם fol. 5. 2.

א"ביע

אַצִילוּת, בְּרִיאָה, יְצִירָה, עֲשִׂיָּה *emanatio, creatio, formatio, factio*, sive ποίησις. Denotantur quatuor Cabbaliſtarum mundi: *emanativus*, *creativus*, *formativus & factivus*, litteris initialibus quatuor deſumtis ex initialibus אֲבִיעַד *pater aeternitatis* Eſa. IX, 5. ד vero ultimo mundos quatuor indicante.

אב"ר

אָב בֵּן רוּחַ הַקֹּדֶשׁ *Pater, Filius, Spiritus Sanctus.*

א"ג

אִירִית גָּרְסִין *Sunt legentes*, vel docentes, i.e. quidam legunt vel docent. Rab.

2. אַגַּב גְּרָמָא *per occaſionem.*

אג"לא

אַתָּה גִּבּוֹר לְעוֹלָם אֲדֹנָי *Tu potens es in aeternum Domine.* Eſt nomen divinum Cabaliſticum, ipſis AGLA dictum, quo Deum ab omnipotentia denominant. Meminit Galatinus de arcanis lib. II. cap. XV. Sunt qui putant, per primum א indicari אַחְדוּת *unitatem*, ſcilicet eſſentiae divinae, per ג שְׁלוּשׁ *Trinitatem* perſonarum, per reliquas dyas literas nomen

men אֵל id eſt, *Deus*, q.d. Deus unus eſſentia & trinus perſonis.

אג"ס

אִית גְּרָסָת סְפָרִים *Eſt lectio librorum*, in quibusdam libris legitur. Uſurpatur, quando diverſa vocis alicuius lectio adducitur.

אג"ר

אִית גַּסוּת רוּחַ *Eſt elatio ſpiritus*. apud Rabbinos, quando ſtoliditatem hominis reprehendunt.

אג"ש

אִית גְּזֵרָה שָׁוָה *Eſt deciſio aequalis*, par ratio. Sic loquuntur, quando a paribus ſive comparatis argumentantur.

א"ר

אִיכָּא דְּאָמְרִי *ſunt qui dicunt*, quidam dicunt. Talmudicis in uſu eſt, quibus pluralis conſtructus pro abſoluto familiaris. אִיכָּא Talmudicum eſt, idem quod Chaldaice אִית & Hebraice יֵשׁ. Inde לֵיכָּא *non eſt, non ſunt*, ex לֵית & אִיכָּא contractum.

אר"ו

Apud chronologos ſunt literae numerum ſignificantes. א eſt dies primus: ד quartus: ו ſextus. Hi dies ſunt פסוליכם *reiecti* & reprobi, ut primus dies anni in eos incidat, propter

computationem festi Paschatis. Vide Scaliger. in de Emend. Temp. fol. 603. edit. 1.

אד"ם

Non est abbreviatura propria, sed nomen אָדָם *homo*, cuius literae Cabalistice designant tres has, אָדָם דָּוִד מָשִׁיחַ id est, *Adam, David, Messias*, dicentes, animam Adami per סוֹד הִתְגַּלְגְּלוּת *secretum revolutionis*, sive metempsychosin, migrasse in Davidem, Davidis in Messiam, qui adhuc lateat propter peccata Iudaeorum. Talmudici in Tractatu Sota fol. 5. scribunt, אדם dici, quod sit אֵפֶר דָּם מָרָה *cinis*, à corruptibilitate; *sanguis*, a vitalitate; *fel*, a calamitate. Sic S. Cyprianus Graecam scripturam [Hebraice enim ignarus fuit] explicans in libro de montibus Sina, adversus Iudaeos scribit, *primum hominem a quatuor cardinalibus orbis nomen adeptum, ut* Ἀδὰμ *diceretur.* Nam A est ἀνατολὴ *oriens*: D, δύσις, *occidens*: A, ἄρκτος *septemtrio*: M μεσημβρία *meridies.*

אֱמוּנָה דִּבּוּר מַעֲשֶׂה *Fides, sermo, opus.*

אה"ע

אָמַר דָּוִד הַמֶּלֶךְ עָלָיו הַשָּׁלוֹם *Dicit David, super quo sit pax*, id est, qui in pace quiescat. David, scil. rex & propheta: vide infra עה.

א"ה

1. אָמַר הַפָּסוּק *Dicit versus*, scil. biblicus. Pasuk

ſuk vocant proprie verſiculum capitis biblici, ſed per ſyneedochen ad totam Scripturam ſacram ſeu univerſum textum biblicum extendunt. Inde בַּעַל הַפָּסוּק dicitur, qui in lectione textus biblici optime verſatus & exercitatus eſt, eius quaſi dominus exiſtens, eumque ad uſum producens, quandocumque vult & libet.

2. אַפִילוּ הָכִי *Etiam ſic, etiamnum, attamen, adhuc, quanto* vel *multo magis.* Sic cum ſervili, ואפ״ה: quandoque plenius ſcribunt ואפילו. Talmud.

3. אִי הָכִי, vel אִי הֵיךְ *ſi ſic, num ſic, num ita ſit.* Talmud.

4. אֵלִיָהוּ הַנָבִיא *Elias propheta.*

5. אוּמוֹת הָעוֹלָם *Nationes mundi.* Sic vocantur omnes populi, quicumque non ſunt Iudaei ſive Iſraelitae.

אה״ב

Vide ſupra in אבה״.

אה״נ

אִי הָכִי נָמֵי *ſi ſic quoque velimus dicere.* uſurpant plerumque, quando poſt datam reſponſionem alia quoque via praeſenti difficultati ſatisfacere adlaborant.

א״ו

אִיסּוּר וְהֵיתֵר *Vetitum & licitum.* Uſurpant, ubi de cibis vetitis aut licitis agunt.

א"וח

אָדָם וְחַוָּה *Adam & Eva*, quo utuntur, quoties primorum coniugum immediate vel levis facta fuerit mentio.

אוכ"ור .א"ויר

Vide paulo infra in אכ"ור.

א"ז

אוֹר זָרוּעַ *Lux ſata* vel *orta*. Nomen libri eſt ex Pſal. XCVII, 11. Inde הַגָּהוֹת *animadverſiones* petitae ſunt in compendiis tractatuum Talmudicorum Rabbi Aſcher. Cum ſervilibus ab initio מא"ז Ex Or ſaruah, בא"ז in libro Or ſaruah, &c. Auctor eius eſt רבי יצחק מוויאן Rabbi Iſaac de Vienna, qui floruit circa annum Chriſti clɔ ccxl.

Item אָמַר זֶה *Dicit iſte.*
אִם זֶה *Si hoc*, vel *illud eſt.*

א"ל

אָמְרוּ זִכְרוֹנָם לִבְרָכָה *dicunt*, *quorum memoria ſit in benedictione.* Subaudi, חֲכָמִים *ſapientes*, vel רַבּוֹתֵינוּ *Rabbini noſtri:* haec enim vocabula, tamquam nota, compendii cauſa omittunt. Cum literis ſervilibus, ואו"ל & *dicunt*, שׁואו"ל *quod dicunt.* Interdum etiam א valet אֲבוֹתֵינוּ *patres, maiores noſtri.*

א"ח

אֶחָד חָסֵר *Vnum eſt deficiens.* Maſorethae ſic lo-

loquuntur de voce, quae defective, id est, sine ו vel י scribitur. De illis enim literis tantum dicunt חָסֵר וּמָלֵא *defective & plene*, quando scil. in media voce vel exprimuntur vel omittuntur. Pro א quamlibet literam numeri loco ponunt. Invenio in Masora parva cum reliquis literis semper scribi חס׳, pro plurali חֲסֵרִים *defectivae*. Sic ad vocem וַיֵּצֵא notant, ג׳ חסי׳ id est, *tredecim* חסרים *defectivae sunt*, scil. sine ו in medio.

2. אֹרַח חַיִּים *Semita vitae*. Liber magnus est eius nominis, quem composuit יוסף קארו *Ioseph Karo*, magnae auctoritatis. Inde alius compositus in formam aphorismorum aut thesium, cui titulus שֻׁלְחָן עָרוּךְ *Mensa disposita*. Eius sunt quatuor partes, prima אוֹרַח חַיִּים *Semita vitae*, in qua describuntur omnes ritus sacri: altera יוֹרֶה דֵּעָה *Docens scientiam*, in qua agitur de ritibus, iuribus & differentiis circa cibos & potum, circa idololatriam, usuram & alia. Tertia חֹשֶׁן הַמִּשְׁפָּט *Pectorale iudicii*, in qua tractatur ius civile. Quarta אֶבֶן הָעֵזֶר *Lapis auxilii*, quae agit de matrimonialibus. Hae partes abbreviate saepe citari solent, ut singulis locis indicabitur. Cum servili, באה״ח *in orach chaiim*.

אח״ול

Vide paullo ante in אוּל

אח״כ. אחכ״א

אַחַר כָּךְ *Postea, deinde*. א in fine valet אָמַר *Dicit*. Notant alii, ח aliquando omitti, dubito: nam אנ aliud valet, ut mox videbitur.

אט״ח

אט"בח

Atbach. Non eſt abbreviatura, ſed vox fictitia Cabaliſtica, qua ratio ſcribendi arcana comprehenditur. *Atbach* vocatur ratio Alphabethi, qua ט ſumitur pro א, & ח pro ב, & ſic deinceps, ac contra א pro ט &c. Dividitur hoc modo Alphabethum in tres claſſes: prima continet literas, quarum binae ſemper conſtituunt in numero 10: altera, quae centum: tertia, quae mille, hoc modo:

10	10	10	10
דן	גז	בח	אט
100	100	100	100
יצ	כפ	לע	סמ
1000	1000	1000	1000
קץ	רף	שת	תם

En omnes Alphabethi literas, praeter ך נ ה, cum quibus nulla alia litera poteſt combinari, ut ſuperior aliquis numerus exprimatur. Bene quidem in ſe geminatae id faciunt, ut duo ה valent 10: duo נ 100: duo ך 1000. Ac ſic nulla ipſarum fieret permutatio, ſed ſumeretur ה pro ה &c. quod eſſet inconveniens. Ergo pro pari literarum ſumuntur נה, quae invicem permutantur, & remanet ך viduatum. Exemplum: נֶה *iſte*, Ezech. XLVII, 13. ſumitur pro זֶה. Nam ג & ז per modum אטבח inter ſe commutantur, ut vult Kimchi in Commentariis. Inde Chaldaeus reddit quoque per

דין

דִּין *iſte*. Sic לְבַג *in praedam*, Ezech. XXV, 7. pro לָבַז. Et אֲבַחַת חֶרֶב *mucronem gladii*, Ezech. XXI, 15. al. 20. quidam explicant per Atbach pro טִבְחַת *mactationem*. Meminit Rabbi Sal. & Kimchi in commentariis. In Salomone legitur: *qui delicate enutrit ſervum ſuum, finis eius erit, ut ſit* מָנוֹן, Proverb. XXIX, 21. Quid מָנוֹן? per Atbach idem eſt quod סַהֲדָה *teſtimonium*, hoc eſt, finis eius teſtabitur de ipſo, q. d. tandem videbit dominus eius, ſe delicata & remiſſa educatione ſervum protervum & contumacem educaſſe. Nempe מ convertitur in ס, ex combinatione מס: utrumque נ in ה & ון in ך. Exſtat hoc exemplum in tractatu Talmudico Succa fol. 52. 2. Vide & infra in אתבש.

א״י

אֶרֶץ יִשְׂרָאֵל *Terra Iſraelis*, terra Canaan. Cum literis ſervilibus, בְּא *in*, לְא *ad*, מְא *ex*, וְא &c.

א״ג

אָמַר יְהוּדָה גְּדַלְיָה *Inquit Iehuda Gedalia*. Scripſit animadverſiones quasdam in Zohar.

א״ה

אִם יַעְזוֹר הַשֵּׁם *Si iuverit Dominus*, Deo iuvante: vel אִם יִגְזוֹר *ſi decreverit*, permiſerit Deus: vel אִם יִרְצֶה *ſi voluerit*, volente Deo. הַשֵּׁם *nomen illud*, ſcil. divinum & ineffabile יהוה, quod ſic cognominare ſolent.

2.

2. אִם יֵשׁ הַשָּׁלוֹם *Si pax eſt.* In Epiſtolis uti ſolent, pro eo quod nos dicimus, *ſi vales, an recte valeas.*

א״ש

אֲדֹנָי יִתְבָּרַךְ שְׁמוֹ *Dominus Deus, cuius benedictum ſit nomen.* ו etiam valet יִתְעַלֶּה *exaltetur.*

א״כ

אִם כֵּן *Si ſic, quod ſi ita eſt.* Inlationis nota eſt. In Talmud ſaepe praefigitur ך, ut דאכ״ *quod ſi ita ſe res habet.* Quidam putant, denotare etiam אַחַר כָּךְ *poſtea.* At ego illud numquam aliter legi, quam cum inſerto ח, hoc modo אחכ״ & cum ſervili ואחכ״ *& poſtea.* Diligentiſſimus Mercerus exiſtimat in initio commentariorum in Kimchi in Ioelem, olim ſcriptum fuiſſe ואכ, quod imperitia deſcribentium poſtea plene ſcriptum ſit וְאִם כֵּן quod ſic iſtae literae accipi ſoleant. Senſus tamen omnino poſtulat, ut ibi dicatur וְאַחַר כֵּן *& poſtea*, quod ſcribendum fuerat ואחכ״.

אכ״ר

אָמֵן כֵּן יְהִי רָצוֹן *Amen, ſic eſto voluntas*, ſcil. Dei: *ſic fiat, ſic ratum eſto.* Quandoque interponitur ו, ut אוכיר״ pro וְכֵן *& ſic:* quandoque omittitur כ, ut, אויר״, ubi ו valet וְכֵן. In fine precum & cuiuscumque pii voti uſurpari ſolet.

אכ״מ

אכ"מ

אֵין כַּאן מְקוֹמוֹ *Non eſt hic locus eius.* Uſurpant, quando doctrinam aliquam in alium locum tractandam reiiciunt. כַּאן in Targum uſurpatur pro Hebraeo פֹּה, unde & מִכַּאן Hinc, pro מִפֹּה.

אכ"מ ה

אִם כֵּן מָה הִגִּיד *Si ita eſt, quid indicavit.*

א"כע

Vide infra in כע.

א"ל

אָמַר לוֹ *Dixit, reſpondit ipſi*, Talmudice אֲמַר לֵיהּ vel pluraliter אָמְרוּ לָהֶם *dixerunt, reſponderunt ipſis.* Talmudice אֲמַרוּ לְהוֹ, ubi לְהוֹן per apocopam pro לְהוֹן, quod Chaldaice uſurpatur pro Hebraeo לָהֶם.

וְאַל id eſt, וְאֵין לוֹמַר *Et non eſt dicendum.*

א"לבם

Albam. Non eſt abbreviatura, ſed ſpecies Cabaliſtica, qua una litera ſumitur pro altera, & quidem א pro ל, ב pro מ, & ſic deinceps & contra, quarum integra conſtitutio ſic eſt:

א ב ג ד ה ו ז ח ט י כ
ל מ נ ס ע פ צ ק ר ש ת

Meminerunt huius ſpeciei Rabbi Salomon

&

& Aben-Esra, Ies. VII,6. ubi dicunt, quosdam interpretes nomen proprium טַבְאַל quod ibi legitur, interpretari per רְמַלְיָה, per *speciem commutationis* אלבם *Albam*. Ramla autem iste fuit filius Remaliahu. Sed Aben Esra addit וזה הבל *fumum esse eam expositionem*. Vide & infra in אחנ"ש.

א"לכ

אִם לֹא כֵּן *si non sic, alioqui*. Cum servili, ואלב *quod si non ita est*: שאלב idem.

א"מ

1. אֶרֶץ מִצְרַיִם *Terra Aegypti*. Rab.

2. אֶחָד מָלֵא *Vnum plenum*. Apud Masorethas, quando significant vocem plene cum ו vel י in medio scriptam esse. Unde אמ"ו, *unum plenum*, alterum חָסֵר deficiens est. Pluraliter מְלֵאִים. Observo & hic in Maso a parva semper scribi מ"ל pro מָלֵא vel מְלֵאִים, ut & supra in אה"ו dixi. Sic Genes. II, 12. ad vocem וְהוֹצֵא notant, ג' ב' מל' וא' חסר id est, *tria* [sic reperiuntur] *duo plena, & unum defectivum*.

3. אֲבִינוּ מַלְכֵּנוּ *Pater noster, rex noster*. In libris precum, & alias, ubi formae precum exprimuntur.

4. Apud chronologos א est *unum*, מ est מחצירת; nempe hora prima & dimidia est initium Tekuphae sive solstitii aestivi in mense Tammus sive Iunio.

אמ"ר

אָמַר הַשֵּׁם *Dicit DOMINUS*, & tunc aliquando adiicitur ו in fine, pro יִתְבָּרֵךְ *benedictus ſit*. Quandoque valet, אָמַר הַכָּתוּב *dicit Scriptura ſacra.*

אמ"ן

אֲדֹנָי מֶלֶךְ נֶאֱמָן *Dominus Deus rex fidelis*. Apud Cabaliſtas ſic exponitur vox אֱמֶת. Unde, *benedicent ſibi* בֵּאלֹהֵי אֱמֶת, Iſ. LXV, 14. id eſt, *in Deo Domino rege fideli*. Hinc & apud Talmudicos legitur, מאי אמן *quid eſt* אֱמֶת? Reſpondit Rabbi Chanina, אֵל מֶלֶךְ נֶאֱמָן *Deus rex fidelis*: Sanhedrin fol. 111. 1.

אמ"ש

אֵשׁ/מַיִם/שָׁמַיִם *Ignis, aqua, coelum* ſive *aer*, quae tria in libro Ietzira ſtatuuntur rerum in hoc mundo principia.

אמ"ת

אִיּוֹב מִשְׁלֵי תְהִלִּים *Iob, Proverbia, Pſalmi.* Apud Maſorethas in uſu eſt, quando vocem aliquam ex tribus hiſce libris adducunt. Pro תְּהִלִּים dicunt etiam contracte תְּהִלִּים.

2. אֵלֶּה הַדְּבָרִים מְלָכִים תְּרֵי עָשָׂר *Deuteronomion, Regum liber, Duodecim prophetae minores.* Sic ſumitur in Maſora ad vocem עָשָׂר, Exod. XV, 11. ubi obſervandum, Tzere illic vocari Kametz parvum.

א"ב

אֵם נאמַר, quod Talmudici efferunt, אֵי נֵימָא *ſi dixerimus.*
אִי נָמֵי *Si etiam, ſic etiam.* Talm.

א"נך

אוֹרַיְתָא נְבִיאִים כְּתוּבִים *Lex, Prophetae, Hagiographa.* Apud Maſorethas in uſu eſt, quando ſignificare volunt, vocem aliquam ter reperiri, ſemel in Lege [quae Chaldaice dicitur אוריתא, Hebr. תּוֹרָה] ſemel in Prophetis, ſemel in Hagiographis. Sic ad וְהֶבֶל Geneſ. IV, 4. notatum ג' אנ"ך *tria ſunt*, &c. Idem ſignificant per אב אב אב ut ſupra poſitum.

אנ"ס

אָמֵן נֶצַח סֶלָה וָעֶד *Amen in ſecula ſempiterna ſeculorum.* Clauſulis librorum, quae in pium votum exeunt, adiici ſolet.

א"ס

אָמֵן סֶלָה *Amen, Saelah*, id eſt, *ſempiternum*: preces ſic claudi ſolent. Quandoque triplicari ſolent, אאא סססס.

2. אֵין סוֹף *Non finis, ſine fine, infinitus & aeternus.* Periphraſis Dei infiniti & aeterni, apud Cabaliſtas. Unde ſaepe adiungitur ipſi בה"ו pro בָּרוּךְ הוּא *Benedictum illud ens infinitum.* Sic in libro שִׁפְעַ טַל ſaepe occurrit.

א"ף

א״סף

אַתְנַח,סוֹף פָּסוּק *Athnach,Sophpaſuk.* Apud Maſorethas in uſu eſt, quando notant dictionem aliquam ob accentum minorem pauſantem, veluti Sakeph Katon, Rebhia, Tiphcha aut alium , ſcribi cum Kametz , aeque ac in Athnach & Sophpaſuk pauſis maioribus, quarum proprium ſic voces adficere. Exempli cauſa , ad הַפָּסַח Num. IX, 2. notatum : לֹ קמץ וכל אסף״ת דכוי id eſt, *non reperitur ſic amplius , & eſt cum Kametz , & omne Athnach & Sophpaſuk ipſi ſimile eſt:* hoc eſt, פָּסַח ſcribitur hoc tantum loco cum Kametz loco Saegol , propter accentum Tiphcha , at cum maioribus pauſis Athnach & Sophpaſuk ſemper habet Kametz. Porro Sophpaſuk ipſis eſt, qui alias dicitur Silluk, virgula ſcilicet recta, ultimae cuiusque verſus voci appoſita. Sic & Grammatici dicunt , voces indeclinabiles numquam venire באסף״ת , *cum pauſis Athnach & Sophpaſuk:* מלורת הלבק *dictiones adhaeſionis*, quae aliis ſemper adiunguntur.

א״ע

אַבֶּן עֶזְרָא *Aben-Eſra.* Inſignis fuit theologus, aſtronomus & philoſophus, qui commentaria praeclara in tota Biblia ſcripſit. Proprium eius nomen eſt *Rabbi Abraham bar Rabbi Meir ben Eſra* , ut ipſemet ſe adpellat in fine commentarii ſui in prophetas mino-

res. Patrem habuit Rabbi Meir, avum Esra. Interea tamen nomine עזרא *Esra* respicit ad nomen proprium lapidis, cuius mentio 1. Sam. VII, 12. qui dictus fuit אֶבֶן הָעֶזֶר Lapis auxilii. Sic ipse fuit lapis auxiliaris ad firmandam Theologiam & philosophiam in populo suo. Has enim duas scientias maxime suae genti inlustravit. Commentarium suum in duodecim prophetas minores absolvit in urbe Rhodo, anno Christi clɔ cxlv & anno praecedente commentarium in Danielem. Commentarii in Ieremiam meminit Iesa. XLIX, 1. Mortuus anno aetatis suae septuagesimo quinto. Ob insignem doctrinam & sapientiam fuit κατ' ἐξοχὴν dictus חָכָם, ὁ σοφὸς, *sapiens*. *Abben* Arabica adpellatio est, qua plures Arabes adpellantur.

2. אָמַר עוּלָא *Dixit Ula*: apud Talmud.

א״ע

אַף עַל גַּב *Etiamsi, tametsi.* Additur interdum ב in fine, אעג״ב: ab initio ferviles, ואעג״ / לאעג״ / *quod etsi.*

אע׳נע

Duae abbreviaturae sunt: אע״ע iam vidisti: de נ״ע vide suo loco.

אע׳פ

אַף עַל פִּי, *Quamvis, etsi, etiamsi, licet.* A fine quandoque additur, ut, אעפ״: additur & כ pro

pro כֵּן *ſic*, ut אעפ"כ *licet ita ſit : tamen, nihilominus tamen.* Cum ſervilibus, שאע"פ ואע"פ *quod etſi.*

אפ"ח

Vide ſupra in אה.

אפ"ס

אֶחָד פָּסוּק סִימָן *Unus verſus ſignum eſt.* Maſorethae utuntur, quando verſum aliquem biblicum pro memoriali ſigno certarum vocum adducunt, quae aliter in hoc, & aliter in illo loco reperiuntur. Exempli cauſa, in uno loco legitur : אֲשֶׁר אָנֹכִי יוֹשֵׁב בְּקִרְבּוֹ *In cuius medio ego habito*, Geneſ XXIV, 3. & alio in loco, אֲשֶׁר אָנֹכִי יוֹשֵׁב בְּאַרְצוֹ *in cuius terra ego habito*, ibid. verſ. 37. Ad priorem locum notarunt, קדמאה אנכי יושב בקרבו תנינא אנכי יושב בארצו ואפ"ס כי אני יהוה בקרב הארץ id eſt, Prius, *Ego habito in medio eius* : alterum, *Ego habito in terra eius. Unus autem verſus ſignum eſt : quia ego DOMINUS in medio terrae.* Senſus : in hoc verſu memoriali, qui legitur Exod. VIII. 18. voces ſymbolicae ſunt בְּקֶרֶב הָאָרֶץ quae in memoriam revocant, priori loco Geneſeos legi בְּקִרְבּוֹ, in altero, בְּאַרְצוֹ, quia in verſu iſto memoriali praecedit בְּקֶרֶב, ſequitur הָאָרֶץ.

א"צ

אֵין צָרִיךְ *Non eſt neceſſe.* Sic fere ſequi ſolet ל, vel infinitivus, ut mox.

2. אֶרֶץ צְבִי *Terra decoris*, id eſt, Iudaea, Terra Iſraelitica. quae ſic paſſim in ſacris literis vocatur, ut Ezech. XX, 6. Dan. XI, 16.

א"צל

אֵין צָרִיךְ לוֹמַר *Non eſt neceſſe dicere.* Rabbinis paſſim uſitatum, qui in infinitivo dicunt לוֹמַר pro לֵאמוֹר. Sic, אֵין צָרִיךְ לְבָרֵךְ *non eſt neceſſe benedicere.*

א"צל

אִיפְּחִיב קָשֶׁה *Scriptum durum* vel *difficile eſt.* Apud Talmudicos in uſu eſt, quando locus aliquis Scripturae difficilis obiicitur, qui in utramque partem diſputari poteſt: קָשֶׁה *durum*, *difficile* vocant id, quod in contrariam ſententiam obiicitur: קַשְׁיָא *obiectio*, quaeſtio contraria: מַקְשֶׁה *opponens*, obiectionem difficilem proponens. אִפְּחִיב per ſyncopam ex forma paſſiva Ithpehal dicitur pro אִתְּפְחִיב. Idem etiam per apocopam frequenter dicitur אִיפְּחִי.

2. אָמַר קְרָא *Dicit Scriptura.* Cum ſervili, דאק"ר *quod dicit Scriptura.* קְרָא vel מִקְרָא vocatur ſacra Scriptura a *legendo*, quaſi *lectiuram* dicas, quia ab omnibus legi debet. קְרָאִים *lectores* ſcripturae ſacrae. Secta olim fuit, quae nudo

nudo textui Biblico addicta erat, ac traditiones omnes reiiciebat.

א"ק

אָדָם קַדְמוֹן. *Adam primus* :] Apud Cabaliſtas eſt principiatum primum, a quo quatuor mundi Cabaliſtici : emanativus, creativus, formativus & factivus originitus pendent, & quo mediante omnia, quae *ſunt* aut *exiſtunt*, materiam & formam nacta fuiſſe dicuntur. Quae materia philoſophica proponitur & cum philoſophia Platonica confertur in libro שער שמים auctore R. Abraham Cohen Irira Luſitano.

א"קבו

אֲשֶׁר קִדְּשָׁנוּ בְּמִצְוֹתָיו וְצִוָּנוּ *Qui ſanctificavit nos praeceptis ſuis, & praecepit nobis.* Formula communis eſt, quae in exordio precum uſurpari ſolet, unde compendii cauſa eam in libris precum ſaepe ſic ſignant.

ארא"ריתא

אֲחַד רֵאשׁ אַחֲדוּתוֹ, רֵאשׁ יְיחוּדוֹ, תְּמוּרָתוֹ אֶחָד id eſt, *Vnum principium unitatis ſuae, principium ſingularitatis ſuae, viciſſitudo eius unum.* Apud Cabaliſtas deſcriptio eſt Dei aeterni, immutabilis, unici, & ſemper ſibi ſimilis. Meminit Reuchlinus lib. 3. Cabalae.

אר"

אָמַר רַבִּי *Inquit Rabbi*, vel רַב *Raf.* Pluraliter, אָמְרוּ רַבּוֹתֵינוּ *Dicunt Rabbini noſtri*, & tunc ſequi ſolet וְגו׳ de quo ſuo loco.

ארג"מן

אוּרִיאֵל / רָפָאֵל / גַּבְרִיאֵל / מִיכָאֵל / נוּרִיאֵל *Vriel, Raphael, Gabriel, Michael, Nuriel.* Nomina propria angelorum ſunt, quos tradunt ferre currum maieſtatis divinae, qui etiam Deum comitati ſunt, cum deſcenderet in montem Sinai, tamquam ſigniferi quatuor, ut Iſraelitae quatuor vexillis profecti ſunt. *Michael* dextram occupabat, *Gabriel* ſiniſtram, praecedebat *Nuriel*, ſequebatur *Raphael.* Meminit auctor libri Zeror hammor, id eſt, *Fasciculi myrrhae*, in principio libri Numerorum. Vide etiam Reuchlinum lib. 3. Cabalae.

ארזל

Vide paulo ante in אר"י.

אר'יבל

אָמַר רַבִּי יְהוֹשֻׁעַ בֶּן לֵוִי *Inquit Rabbi Ioſua, filius Levi.* Talm.

אר"ל

אָמַר רֵישׁ לָקִישׁ *Dicit Reſch Lakis.* Nomen proprium inſignis doctoris Talmudici.

אר"מע

אׄרמע

אֵשׁ / רוּחַ / מַיִם / עָפָר *Ignis, aer, aqua, terra.* Nomina quatuor elementorum apud phyſicos Hebraeorum.

אׄרש

אָמַר רַבִּי שִׁמְעוֹן *Dicit Rabbi Schimeon.* Talm.

ארשׄבג

אָמַר רַבָּן שִׁמְעוֹן בֶּן גַּמְלִיאֵל *Inquit R. Schimeon, filius Gamalielis.* Talm.

אׄש

אָבִינוּ vel אֱלֹהֵינוּ שֶׁבַּשָּׁמַיִם *Deus noſter*, vel *Pater noſter, qui in coelis eſt.* Formula exordii in precibus.

2. אֵלֶּה שְׁמוֹת *Elle ſchemoth.* Nomen ſecundi libri Moſis, ex primis eius verbis deſumtum. Cum ſervili, באׄש *in Exodo*, ואׄש & *Exodus.*

3. אָתֵי שַׁפִּיר *Venit pulcre, bene, recte.* Quando ſententia aliqua adprobatur, tamquam recta. Talm. & maxime in Toſephos.

אׄש

אֲדָר שֵׁנִי alias וְאֲדָר *Februarius ſecundus*; Emboliſmicus nimirum ſive intercalaris.

אש"ט

אָמַר שֵׁם טוֹב *Inquit Schem tof.*

א"שי

אֲדֹנָי שֶׁיִּתְבָּרַךְ *Dominus Deus, qui ſit benedictus.*

א"של

Non eſt abbreviatura, ſed Notaricon trium vocum ſeparatarum, אֲכִילָה שְׁתִיָה לְוָיָה id eſt, *cibus*, *potus*, *comitatus.* Haec tria inſtituiſſe perhibetur Abraham Patriarcha, quando plantavit אֶשֶׁל in Beerſcheba, Gen. XXI, 33. Ibi quidam per אֶשֶׁל intelligunt פרדס hortum, ex quo deſumſerit fructus pro viatoribus: alii dicunt, eum aedificaſſe פונדק *hoſpitium pro hoſpitibus*, & inde factum notaricon iſtud illius vocis, ut iſta tria hoſpitibus & viatoribus ſint humanitatis ergo exhibenda.

אש"ה

אָמַר שְׁלֹמֹה עָלָיו הַשָּׁלוֹם *Inquit Salomon, ſuper quo ſit pax.* Salomon ſcil. rex. Vide עה.

אש"ש

אָמַר שְׁמוּאֵל שׁוּלָם *Inquit Samuel Schullam.* Saepe in libro Iuchaſin occurrit, ubi ſententiam ſuam auctor iſte aliorum verbis adiicit. Hic autem eſt, cuius ſtudio liber Iuchaſin, cuius auctor eſt R. Abraham Sachuth, primo editus eſt Conſtantinopolis.

א"ת

אִ֫ת

אִם תֹּאמַר vel Talmudice אִי תֵּימָא *Si dixeris*, vel pluraliter אִם תֹּאמְרוּ *ſi dicatis* vel *dixeritis*. Cum ſervili, וְאִ֫ת *& ſi dixeritis.*

2. אִמְרֵי תוֹרָה *Verba Legis.*

3. *Principium & finis*, apud Cabaliſtas, ut A & Ω apud Graecos.

אַתְּבַשׁ

Athbaſch, & cum ſervili בְּאַתְּבַשׁ *per Atbaſch.* Sic vocatur apud Cabaliſtas ratio ſcribendi arcana, qua א cum ת / & ב cum ש / & contra, permutantur, & ſic deinceps totum Alphabethum, hoc modo:

א ב ג ד ה ו ז ח ט י כ ל מ נ ס ע פ צ ק ר ש ת

ת ש ר ק צ פ ע ס נ מ ל כ י ט ח ז ו ה ד ג ב א

Exempla: Ierem. XXV, 26. legitur, וְמֶלֶךְ שֵׁשַׁךְ יִשְׁתֶּה אַחֲרֵיהֶם *Et rex Scheſach bibet poſt eos.* Id per commutationem Alphabethicam *Athbaſch* volunt Rabbini ex arte hac Cabaliſtica idem eſſe, quod בָּבֶל *rex Babel*, ſive Babyloniae. Nam ש cum ב / & כ cum ל permutatur. Hoc putant ex conſilio Prophetae factum, [de quo ego dubito] cui ars haec Cabaliſtica fuerit nota, & ea uſum occulte, ne regem Babyloniae offenderet. Certe & Chaldaeus tranſtulit וּמַלְכָּא דְּבָבֶל *& rex Babyloniae.* Item, שֵׁרָה per *Atbaſch* ſcribitur בגץ / quae literae in numero faciunt nonaginta

ta quinque. Totidem continet nomen aliud proprium יִסְכָּה /quod extat Gen. XI, 29. Unde conligunt שָׂרָה & יִסְכָּה idem nomen esse, & Saram alio nomine *Iscam* dictam fuisse. Item, apud eumdem cap. LI, 1. *Ecce ego excitaturus sum contra Babyloniam, & contra habitatores* לֵב קָמַי *lefkamai, ventum dissperdentem.* Hic interpretes R. Salomon & Aben-Esra has duas voces explicant per אַתְבַּשׁ *Atbasch*, כַּשְׂדִּים *Chaldaei*, ut Propheta contra Babyloniam & Chaldaeos prophetiam instituat. Sic Chaldaeus אַרְעָא דְכַסְדָּאֵי *contra habitatores terrae Chaldaeorum.* LXX. κατοικοῦντας Χαλδαίους. Vide Reuchlinum lib. 3 Cabalae. Aliquando literae vicariae pro numeralibus dumtaxat sumuntur. Sic פֶּרֶץ Gen. XXXVIII, 29, per Athbasch est גח, quae valent יד / id est, *quatuordecim.* Totidem דָּוִד *David.* Occulte ergo per *Peretz* significatur David, qui ex eius familia descendit. Notatum hoc in conlectaneis ex Baal Turim ad hunc locum, in Bibliis magnis.

את"ל

אִם תִּמְצֵי לוֹמַר *Si repereris dicere, si possis dicere.* Talmud מְצִי vel מְצָא *Potuit:* היך מצי משבע להון *quomodo potuit iurare ipsis?* Usurpatur, quando una quaestio ex altera elicitur: ut, mensa haec est lapidea an stannea? את"ל *etiamsi posses dicere*, etiamsi tibi concederem, esse lapideam, tamen &c. Vide Halich olam, fol. 13. 2.

2. אִם תֹּאמַר לִי / Talmudice אִי תֵּימָא לִי *Si dixeris mihi.*

ב

ב Litera abbreviaturis saepissime loco praepositionis ab initio servit, unde multae hic omittuntur, quae quaerendae in litera proxima, ut supra dictum.

בּ״א

בֵּית אָב *Domus Patris*, familia paterna, vel בֵּית אָבִי *familia paterna mea.*

2. בֶּן אָשֵׁר *Filius Ascher.* Hic voces quasdam Biblicas aliter legit, quam alii, & eius lectionem imitantur Iudaei occidentales, id est, qui in terra Israelis habitarunt. Alium secuti sunt orientales, de quo vide in בּ״נ.

3. בַּר אוּרְיָן *Filius Urian.* Sic quidam inter abbreviaturas adducit. Ego abbreviate non legi. Reperi autem apud Talmudicos plene scriptum, אָמַר חַד לְחַבְרֵיהּ לֵיקוּם לְקַמֵּיהּ דְּבַר אוֹרְיָן הוּא *dixit alter ad alterum, surgendum esse coram ipso,* [honoris causa] *quia Bar Urian sit.* Glossa, בַּן תּוֹרָה *filius Legis*, id est, studio Legis divinae deditus, studiosus Theologiae, Theologus, Legis Dei observantissimus: Gittin folio 62. 1. Et alibi: נְקוּם קַמֵּיהּ דְּגַבְּר בַּר אוֹרְיָן הוּא *surgamus coram ipso, quia doctor Legalis est.* Schabbath

bath fol. 31. 2. In Salomone legitur, וְתוֹרָה אוֹרַיְיתָא *& lex lux eſt*, Prov. VI, 23. inde אוֹרַיְיתָא *Lex*, quaſi *lux* dicta, & inde אוֹרָיְיתָא *Legis obſervans.*

בּ״אר

בְּאוֹתוֹ דִּבּוּר *In eodem ſermone* vel *textu.* Criticis uſitatum. Cum vau copula וּבְּאר. Quandoque additur ה in fine, בְּאֹרָה / ubi ה valet הַמַּתְחִיל *qui incipit*, vel, *incipientis.* Interdum interponitur ה/ ut בְּאֹהָר/ pro הַדִּבּוּר.

בא״י אמ״ה

בָּרוּךְ אַתָּה יְהוָה אֱלֹהֵינוּ מֶלֶךְ הָעוֹלָם *Benedictus ſis tu DOMINE Deus noſter, Rex huius mundi.* Commune exordium precum eſt, & in libris precum, aut ubi de precibus agitur, uſitatum.

בא״י ש״ת

בָּרוּךְ אַתָּה יְהוָה שֹׁמֵעַ תְּפִלָּה *Benedictus ſis, ô Domine, exaudiens preces.* In fine precum id dicere ſolent.

ב״ב

1. בָּבָא בַּתְרָא *Bava poſterior.* Tres libri Talmudici ſunt, qui inſcribuntur *Bava*; nempe Bava prima, Bava media, Bava poſterior ſive ultima. Vide בַּם & בַּק. בָּבָא id eſt, *ianua*, porta. Cum ſervili בבב *in Bava poſteriore.*

2.

2. תְּרִין תְּרִין / id eſt, *duo duo*, bina apud Maſorethas, ut cum dicunt, אֵב מן בֵּב Alphabethum eſt ex binis vocibus, quarum ſcil. una talem, altera talem habet formam. Litera numeri ponitur pro ipſo nomine, quo numerus iſte denominatur. Sic ſupra fuit א pro אֶחָד.

3. בַּר בַּר *Filius fuit.* Apud Talmudicos, אָמַר רַבָּה בַּר בַּר חַנָּה *Dicit Rabba bar bar Channa.*

4. בַּעֲלֵי בָּתִּים *Domini domus*, heri domeſtici, patresfamilias. Singulariter בַּעַל בַּיִת *paterfamilias.*

3. בִּמְהֵרָה בְיָמֵינוּ *Cito in diebus noſtris*: cum ſervili, שבב יִפְרָא כְשׁוֹשַׁנָּה *ut cito in diebus noſtris floreat inſtar lilii.* De urbe Ieruſalem votum.

ב"ח

Vide infra in בֵּת.

ב"ת

Vide infra in בֵּת.

ב"ג

1. בְּשִׁיּוּל גּוֹיִם *Coctilia gentilium*, id eſt, Chriſtianorum. Cum ſervili, בבג *cum* &c. Utuntur in libris vel materia ciborum licitorum & vetitorum.

2. בֶּן גַּמְלִיאֵל *Filius Gamalielis.*

3. בִּשְׁלֹשָׁה vel Chaldaice בִּתְלָת *Cum tribus.* Litera numeri pro ipſo nomine numerali,

ut ſupra in ב. Sic deinceps etiam aliae literae ſumuntur.

בג"בג

בֶּן גֵּר בֶּן גִּיּוֹרֶת *Filius gentilis viri, & filius gentilis feminae.* Nomen ſapientis cuiusdam, parentibus gentilibus, ſed ad fidem Iudaicam converſis, nati. Eius mentio in Pirke abhoth cap. 5. in fine, ubi dictum eius celebratur de indefeſſo ſtudio legis divinae. Ante Chriſtum natum vixit tempore Ionathanis paraphraſtae, proprio nomine dictus R. *Iochanan ben bag.* Tzemach David fol. 35.

בג"ד

בְּגִין דְּהָא *Propterea quod ecce, nam ecce:* vel בְּגִין דָּא *propterea* בג"ד ראיתמר *Propterea quod dicitur.* Frequens in Zohar. Saepe cum ſervili. ובג"ד

בגז"ה

בִּגְבוּרַת הַשֵּׁם *Per potentiam, potentia DOMINI*, ope & auxilio Dei: vel בִּגְזֵרַת הַשֵּׁם *decreto, voluntate Dei.*

בג"כ

בְּגִין כֵּן *Propterea, idcirco ſic.* Sequitur fere כְּתִיב *ſcriptum*, vel ſimile. Cum ſervili, וּבג"כ & *propterea.* Frequens in Zohar, quando praecedens ſententia dicto Scripturae confirmatur. Pro בֵּן etiam legitur בֵּךְ / quod idem.

ב"ד

בי"ר

בֵּית דִּין *Domus iudicii*, curia, porta iudicialis, [ut olim in portis exercuerunt iudicia] consistorium, & metonymice iudices, Senatus, magistratus. Cum servili, שְׁבִיר *quod* vel *quem senatus*. בְּבִיר *in curia*, in consistorio.

2. בְּסַיְעְתָּא דְשְׁמַיָּא *Ope*, auxilio *divino*. שְׁמַיָּא / ut apud Rabbinos שָׁמַיִם *Coelum*, pro coeli inhabitatore Deo. Sic autem fere interponitur ס / ut infra in בסי"ר.

בר"א

בְּמֶה דְּבָרִים אֲמוּרִים *Quibus verbis dicta sunt*, aut *dicuntur*. In Talmud & Rambam frequens, quando praecedens sententia melius explicatur.

בר"ח

בְּרִבּוּר הַמַּתְחִיל *In sermone* vel *textu, qui incipit*. Saepe occurrit in libris, in quibus aliorum librorum diversa lectio vel correctio adducitur. Talis est liber יְרִיעוֹת שְׁלֹמֹה *Cortinae Salomonis*, qui continet enucleationem locorum difficilium, quae in commentariis R. Salomonis in Legem occurrunt. Item liber חָכְמַת מָנוֹחַ *Chochmas Manoach*, qui continet correctiones & elucidationes in plerosque libros Talmudicos. Item liber יוֹסִף דַּעַת, *Ioseph daas*, qui etiam est elucidarius in Raschi. Vide etiam infra in ר"ח.

ב"ו

Sunt characteres feriarum ſeptimanae. ſc. 2. 4. 6. qui dies erant reiiculi, quibus paſcha defigerent, quemadmodum feriae, א"ר numquam conſtituebant ראש השנה Iuxta canonem R. Menachem bar Ribbi Machir & R. Moſis : לא אד"ו ראש ולא ב"ו פסח : *numquam* ב"ר *caput anni, neque* ב"ר *paſcha* ; quem hinc a tempore dumtaxat Talmudiſtarum ſequi ſolent , quoniam novilunium non amplius figere poſſunt iuxta phaſin lunae, ſed illud ordinare iuxta lunae computum , atque adeo רחיו"ת i. e. *tranſlatione feſtorum* inſtituta uti tenentur. quod itidem a Moſis & Prophetarum tempore in uſu, dubio procul, fuit *tunc* , quando [teſtante Maimonide in Kidduſch ha-hodeſch cap. XVIII. §. 8.] contingeret, ut, lunam tempeſtatem nubila ob vel alias cauſas non viſa, neomenias figere iuxta computum tenerentur. Etſi illo tempore viſa luna, de tranſlatione non opus fuerit ut eſſent ſolliciti, incidente licet novo anno in א"ר & paſchate in ב"ר ; Deo dicente : *hic menſis erit vobis caput menſium*. Exod. XII, 2.

ב"ה

1. בְּדִבְרֵי הַיָּמִים *In verbis dierum* , id eſt, in libro Chronicorum , ſive Paralipomenωn, qui ſic adpellatur.

2. בֵּית הַמִּקְדָּשׁ *Domus ſanctuarii*, Templum Hieroſolymitanum. Cum ſervili, שֶׁבְּרֵ *quod* &c.

3. בֵּית הַכְּנֶסֶת *Domus congregationis*, Synagoga Iudaeorum: מחוץ לבה״כ *extra ſynagogam.*

4. בַּעַל הַבַּיִת *Dominus domus*, paterfamilias.

5. בָּרוּךְ הַמָּקוֹם *Benedictus ſit Deus*, gratia ſit Deo. הַמָּקוֹם *Locus*, eſt nomen Dei Rabbinicum, ſic dicti, quia in omnibus locis praeſens eſt. Poſſit & pro eo legi הַשֵּׁם.

6. בִּיאוּר הַמִּלָּה *Declaratio vocis.*

7. בְּדָק הַבַּיִת *Fiſſura*, *labes domus.* apud Talmudicos, ubi de Templi reſtauratione agitur.

8. בָּרוּךְ הוּא *Benedictus ipſe.* Sic fere praecedit קָדוֹשׁ vel הַקָּדוֹשׁ *ſanctus*, & ſanctus benedictus ille, periphraſis Dei eſt. De אס בה vide in אס. Apud Talmudicos, מפי אדון כל המעשים בה *ex ore Domini omnium operum benedicti illius*, id eſt, Dei, Chald. בְּרִיךְ.

9. בֵּית הִלֵּל *Domus Hillelis.* Domus, id eſt, ſchola, ſecta, diſcipuli Hillelis doctrinam ſequentes. Fuit ראש הישיבה *caput*, rector *Academiae*, & non longe ante Chriſtum floruit. Aliquot millia diſcipulorum habuit, ſed octoginta longe lateque celeberrimos, inter quos Ionathan Uzielis filius, qui prophetarum paraphraſin Chaldaicam dedit. In doctrina opiniones peculiares tenebat: quarum habuit ſectatores plurimos. Oppoſuit ſe

illi alius non minus doctus & celebris , שַׁמַּאי *Schammai* dictus, qui contrarias plane opiniones sequebatur, qui ipse quoque non pauciores adsecias habuit. Hinc בֵּית שַׁמַּאי & בֵּית הִלֵּל *Schola Hillelis, schola Schammaei,* pro sectariis ipsorum doctrinae. Horum opiniones apud Talmudicos perpetuo recensseri solent. Hillel vixit annis centum quinquaginta, sicut Moses, & quadraginta annos fuit natus, quando exivit ex Babylonia: quadraginta annos docuit in Academia : quadraginta annos fuit נָשִׂיא *summus praetor* & gubernator , caput curiae, princeps senatorum. Alibi plura de hoc dicemus: Vide & infra in בש.

בה"א

בֵּית הִלֵּל אוֹמְרִים *Senatores Hillelis dicunt.* Talm.

ב"הג

בַּעַל הִלְכוֹת גְּדוֹלוֹת *Auctor constitutionum magnarum.* Liber est sic vocatus.

בהנ"וא

בְּעֶזְרַת הַשֵּׁם נַתְחִיל וְנָגְמֹר אָמֵן *Auxilio Dei incipiemus & finiemus, Amen.* Principio librorum aut privatorum scriptorum sic solent aliquando praemittere. Exstat in titulo Haphtaroth , quae ad librum Haskuni adiectae sunt.

בה"ר

בה"ר

Character eſt memorialis Chronologorum, ad computum annorum & noviluniorum inde a prima neomenia anni mundi rite deducendum; a qua prima luna nova initium putandi repeti debere exiſtimant; quae prima poſt conſtitutum mundum luna nova fuerit ad ſecundam ſeptimanae noctem poſt horam 5. & conſequentis horae ſcrupulum 204. ita ut ה in בה"ר *horae* 5. ר"ד vero *ſcrupulorum* ſignum ſint. Videatur Maimonides in Kidduſch hachodeſch cap. VI. §. 8.

בה"ק

בַּר הַקָּדוֹשׁ רַבִּי *Filius ſancti Rabbi* N. Sic ſequi debet nomen eius, cuius filius dicitur.

בו'

בָּשָׂר וְדָם *Caro & ſanguis*, homo carnalis, terrenus & mortalis. Cum ſervilibus, מִבְּנֵי לְבָנִי. Praecedere fere ſolet מֶלֶךְ *rex*, ut quando dicunt: מָשָׁל לְמֶלֶךְ בְּשָׂרִי *ſimile eſt regi carnali.*

בז'

בֶּן זַכַּאי *Filius Zachaei*: vide רִיבְּנַי.

בח'

1. בֶּן חוֹרִין *Filius nobilium*, nobilis, ingenuus, liber.
2. בַּעֲלֵי חַיִּים *Vita praedita animantia*, vi-

tam habentia, animantia. Interiicitur interdum ע ut בע״ח. Cum praefixis ſervilibus, הבח״ / מבח״ / מהבח״. unde in R. Levi Prov. VI, 6. legitur: שהיא בריה קטנה מהבח״ הבלתי, בעלי שכל id eſt, *Formica eſt minima creatura ex animantibus irrationalibus.* Eſt & liber qui inſcribitur בעלי חיים / quem abbreviate ſaepe citat R. Levi, vide Prov. XXX, 4. 28. Cum ſervili בבח״ / id eſt, בְּסֵפֶר *in libro animalium.* Sic libri Ariſtotelis de Hiſtoria animalium citantur.

3. בַּעַל חוֹב *Dominus debiti*, debitor, creditor, diverſo reſpectu. Cum ſervilibus, מבח״ / לבח״.

בח״ג

בְּחֵרֶם רַבֵּנוּ גֵּרְשׁוֹם *Per anathema doctoris noſtri Gerſom.* In inſcriptionibus literarum perpetuo hac uti ſolent: nam Rabbi iſte ſub anathemate vetuit epiſtolas obſignatas reſignari. Vide Epiſtolas noſtras Hebraicas cap. VI.

ב״י

בֵּית יִשְׂרָאֵל *Domus Iſraelis.*

בי״לאו ויל״ו

בָּרוּךְ יְהוָה לְעוֹלָם אָמֵן וְאָמֵן *Benedictus ſit Deus in aeternum, Amen & Amen*, ex Pſal. LXXXIX. verſ. ult. Tertius liber Pſalmorum hoc verſu clauditur, ideoque etiam Rabbini

eo

eo uti ſolent in librorum ſuorum vel cuiuscunque materiae exitu. Altera particula valet, יִמְלֹוךְ יְהוָה לְעוֹלָם אָמֵן וְאָמֵן *regnabit Dominus in ſeculum, Amen & Amen.* In Zohar in fine ſingularum Paraſcharum reperitur.

ב"ת

בָּשָׂר, יַיִן, תְּכֵלֶת, *Caro, Vinum, Hyacinthinum.* Talm.

ב"כ

בִּרְכַּת כֹּהֲנִים *Benedictio ſacerdotum.*

בכ"ם

בָּרוּךְ כְּבוֹד יְהוָה מִמְּקוֹמוֹ *Benedicta ſit gloria DOMINI e loco ſuo,* ex Ezech. III, 12. In fine librorum uſurpant.

בכ"מ. בכ"ר

בֶּן כָּבוֹד מַעֲלַת רַבִּי *Filius honorati & excellentis Rabbi* N. Nomen ſequi ſolet integre ſcriptum, aut ſi per literam indicetur, tum oportet valde notum eſſe, aut expreſſum in praecedentibus. Aliquando omittitur מ & ſimpliciter ſcribitur בכ"ר.

ב"ל

בֶּן לֵוִי *Filius Levi.* Sic praecedit רַבִּי יְהוֹשֻׁעַ qui ſic dictus fuit, & abbreviate ר"יבל.

בלא

Vide infra in לא.

בל"א

בֶּן לַאדֹנִי אָבִי *Filius Domini parentis mei.* Literam ל legi alicubi explicatam לְבָאוֹן *clari doctoris.*

בל"ב

בָּרוּךְ לְעוֹלָם בּוֹרְאוֹ *Benedictus sit in seculum creator eius*, vel בּוֹרְאֵנוּ *creator noster.*

בל"מ

בָּבָא מְצִיעָא *Bava metzia.* vide supra in בב. Cum literis servilibus בּלֹּם *in*, רֹלֹּם / ubi ל nota genitivi casus.

2. בַּר מִנָּן *Extra nos, longe a nobis absit.* Utuntur quando malum aliquod fausto omine a se amovere volunt, ut cum Latini dicunt: *quod absit, absit omen.* Simile vide in חו"ו.

במ"א במ"ב

בַּר מִן אֶחָד *Praeter unum*, בַּר מִן תְּרֵין *praeter duo, excepto uno, exceptis duobus, tribus, quatuor*, & sic deinceps. Apud Masorethas occurrit, quando vocem aliquam vel aliquot a data regula vel numero excipiunt. Sic ad אֲנִכִי Gen. III, 12. notarunt; חי בטעם מלעיל וכל אתנחתא וסף וזקף רכוורתי במ"א מלרע id est, octo

octo ſunt cum accentu Milhel, [in penultima] *& ſic quoque in omni Athnach, Soph paſuk & Sakeph, excepto uno Milra*, id eſt, cum accentu in ultima.

בּ׳מם

בּוֹרֵא מִינֵי מְזוֹנוֹת *creans varias ſpecies alimentorum.* Pars eſt conſecrationis, qua cibos conſecrant.

בּמ׳הל

בְּמַאֲמַר רַבּוֹתֵינוּ זִכְרוֹנָם לִבְרָכָה *In oratione doctorum noſtrorum, fauſtae memoriae.*

בּמ׳ש

בְּמִלּוֹת שׁוֹנוֹת *Vocibus diverſis.* Kimchio valde familiare eſt, quando dicit, idem diverſis vocabulis exprimi: ut, וכפל הענין במ׳ש *& duplicat ſententiam verbis diverſis*, Ierem. II, 32. הענין כפול במ׳ש *ſenſus duplicatus eſt verbis diverſis.*

2. בְּמָה שֶׁאָמַר *In eo, eo quod dicit*, vel שֶׁנֶּאֱמַר *quod dicitur*, ſcil. in Scriptura: alias enim iſto שנאמר non utuntur, niſi quando aliquid ex Scriptura adducunt; vel בְּמָה שֶׁכָּתוּב *eo quod ſcribit.*

בּ׳נ

בֶּן נַפְתָּלִי *Filius Naphtali.* Criticus inſignis fuit, cuius lectionem, in certis vocabulis Biblicis, ſecuti ſunt Iudaei orientales, id eſt,

qui in Babylonia verſus orientem magis habitabant. Dictus fuit יעקוב בנ, *Iacob filius Naphtali*. Occidentales Iudaei ita vocabantur, filium Aſcher, ut ſupra dictum in בא. Voces omnes, in quibus differunt, ad finem magnorum Venetorum impreſſae ſunt; & nuper ſeparatim excuſae in opuſculis Grammaticis IOH. DRUSII, quae vide.

בנח"ש

בְּנִדּוּי / חֵרֶם / שַׁמָּתָא *Per Niddui, Cherem & Schammatha.* Tres ſunt anathematis ſpecies, ſub quibus R. Gerſom vetuit reſignari literas, unde in dorſo literarum haec abbreviatura ſemper uſurpari ſolet. Vide noſtram Inſtitutionem Epiſtolarem Hebraicam.

בנ"לך

בָּרוּךְ נוֹתֵן לַיָּעֵף כֹּחַ *Benedictus ſit, qui dat laſſo robur*, Iſ. XL, 29. In fine librorum uſurpari ſolet. Adiiciunt interdum & alterum eiusdem verſus membrum, ולאין / id eſt, וְלְאֵין אוֹנִים עָצְמָה יַרְבֶּה *& cui non ſunt vires, ei robur multiplicat.*

ב"נר

בּוֹרֵא נְפָשׁוֹת רַבּוֹת *Creans animas multas.* Talm. in libro בְּרָכוֹת *de benedictionibus* ſaepe. Pars eſt precationis in ciborum uſu.

ב"סא ו"בסא

בִּסְפָרִים אֲחֵרִים *In libris aliis.* Sic וּבִסְפָרִים.

ב"ע

בע

בֶּן עֶזְרָא *Filius, nepos Eſrae.* Praecedere ſolet אַבְרָהָם *Abraham*, quod eius nomen proprium. Vide ſupra אע.

2. בֶּן עֻזִּיאֵל *Filius Vſielis.* Praecedere ſolet יוֹנָתָן, quod eius nomen proprium. Hic Prophetas in linguam Chaldaicam tranſtulit.

3. בְּרִיאַת עוֹלָם *Creatio mundi*; ut, שְׁנַת דֵ׳ אַלְפִּים לבע *anno quater milleſimo creationis mundi*, ל nota genitivi caſus.

4. בְּרִית עוֹלָם *Foedus perpetuum.* In libris precum.

בעה

בְּעֶזְרַת הַשֵּׁם *Auxilio DOMINI, Deo iuvante.* Interdum adiicitur ה in fine, pro יִתְבָּרֵךְ. *benedictus ſit*: aliquando ו / pro וְיִשׁוּעָתֵ֫ *ſalute eius.*

בעהב

בְּעוֹלָם הַבָּא *In ſeculo* vel *mundo futuro.*

בעהז

בְּעוֹלָם הַזֶּה *In ſeculo* vel *mundo hoc.*
בְּעִנְיָן הַזֶּה *In negotio* vel *materia hac.*

בעוה

בַּעֲוֹנָה הָרַבָּה *Propter iniquitatem multam.* Sic loquuntur, quando infortunia ac calamitates

tates ſuas commemorant, earum cauſas peccatis ſuis tribuendo. Cum ש ſaepe, שבעוה״ר *quod*, &c. Inſeritur ſemper ו/ ut differat a בעה״/ de qua ante.

בע״כ

בְּעַל כָּרְחוֹ *Per coactionem eius*, invito, nolente ipſo. Aut, בְּעַל כָּרְחֵךְ *invito ie.*

ב״פ

בּוֹרֵא פְּרִי *creans fructum.* Formula eſt in exordiis precum, quam ſic abbreviate ſignant: ut, מברכין עליו ב״פ הגפן *orant ſuper eo: creans fructum vitis.* Iudaei non guſtant vinum, niſi dicta prius ſolenni hac conſecratione: בָּרוּךְ אַתָּה יְהוָה אֱלֹהֵינוּ מֶלֶךְ הָעוֹלָם בּוֹרֵא פְּרִי הַגָּפֶן *Benedictus ſis tu ô Domine Deus noſter, rex mundi, creans fructum vitis.* Hinc illa abbreviatura ſumitur. Quandoque pro הגפן ponitur ſola litera בפ״ה. Sic quoque non guſtant panem, niſi ſolenni praemiſſa conſecratione hac: בָּרוּךְ אַתָּה יְהוָה אֱלֹהֵינוּ מוֹצִיא לֶחֶם מִן הָאָרֶץ *Benedictus ſis ô DOMINE Deus noſter, producens panem ex terra.*

2. ב״פעמים *Duabus vicibus.* In Concordantiis Hebraicis.

ב״ק

בַּת קוֹל *Filia vocis.* oraculum divinum ac coeleſte ſic vocant Talmudici, quo poſt Prophetarum tempora dicunt fuiſſe ipſis futura re-

revelata. *Filiam* vocant, quia erat vocis cuiusdam ex aere reduplicatio, & alterius vocis quasi partus.

בּ׳ר

בַּר רַבִּי vel בַּר רַב *Filius Rabbi*: ut, אָמַר יוּדָה בַּר סִימוֹן *Inquit R. Iudah, filius Rabbi Simonis.*

2. בְּרֵאשִׁית רַבָּא *Bereschith rabba*, Genesis magna, id est, glossa magna in Genesin, librum primum Mosis, qui a prima voce vocatur בְּרֵאשִׁית. Talis glossa scripta est in singulos libros Mosis, unde & singuli nominantur, וְאֵלֶּה שְׁמוֹת רַבָּא *glossa in Exodum magna*: וַיִּקְרָא רַבָּא *glossa magna in Leviticum*: בְּמִדְבַּר רַבָּא *glossa magna in Numerorum librum*: וְאֵלֶּה הַדְּבָרִים רַבָּא *glossa magna in Deuteronomion*, & in genere omnes vocantur רבות. Auctor eius fertur Rabba, bar Nachmoni, qui anno aetatis suae decimo octavo factus est rector Academiae & caput reipublicae Pombeditanae, quae urbs celeberrima in confiniis Babyloniae sita fuit, circa annum Christi trecentesimum. Lingua autem huius commentarii admodum confusa est, permixtis infinitis vocabulis Graecis & aliis barbaris. unde patet, eo tempore linguam fuisse impurissimam.

בּ׳שׁ

1. בַּיִת שֵׁנִי *Domus secunda*, Templum Hierosolymitanum secundum.

2.

2. בֵּית שַׁמַּאי *Domus Schammai* vel *Schammaei.* Domus, i. e. Schola, Secta. Fuit hic Schammaeus collega Hillelis, ut dictum. Quidam putant, hunc dictum a שָׁמַיִם, quasi *coelestem* dicas, Hillelem vero ab הֵילֵל quasi *luciferum.* Floruerunt hi duo centum annis ante destructionem Templi secundi, ut manifesta de Hillele traditio Talmudica est, quae legitur in tractatu de Sabbatho cap. 1. fol. 15. 1. his verbis: הֵילֵל ושמעון גמליאל ושמעון נהגו נשיאותן בפני הבית מאה שנה id est, *Hillel & Schimeon, Gamaliel & Schimeon gesserunt principatum suum ante Templum centum annis.* Templum, scilicet secundum, hoc est, ante Templi secundi destructionem, ut in glossa ibidem explicatur. Schimeon primus fuit Hillelis filius: Gamaliel Schimeonis filius, Hillelis nepos: Schimeon secundus, Gamalielis filius, abnepos Hillelis, qui in excidio urbis & Templi fuit interfectus. Primus ille Schimeon patri Hillelii in principatu summo successerat, & tempore nativitatis Christi adhuc in officio erat. An autem de illo Evangelista Lucas dicat, fuisse hominem justum & pium, & Christum brachiis amplexum, incertum est. Si fuit, mirum, quare non etiam filium suum Gamalielem in fide Christi instituerit. Permansit enim Gamaliel iste severus legis Mosaicae cultor & doctor, ac Christianorum osor. Nam apostolus Paulus ad eius pedes legem Mosaicam didicit, & simul spirare minas & caedem contra di-

ſcipulos Chriſti. Vide Actor. XI, & XXII.

בש"א

בֵּית שַׁמַּאי אוֹמְרִים *Qui de ſchola Schammai, dicunt.* Talmudici utuntur, quando horum ſententiam referunt.

בשב"מלו

בָּרוּךְ שֵׁם כְּבוֹד מַלְכוּתוֹ לְעוֹלָם וָעֶד *Benedictum ſit nomen glorioſum regni eius in ſeculum & ſempiternum.* In libris precum eius uſus eſt: quandoque etiam in fine librorum, aut abſoluti alicuius tractatus, uſurpant, ex Pſal. LXXII, 19.

בש"ר

בְּשֵׁם רַבִּי *in nomine Rabbi.* Nomen ſequi ſolet, ut בש"ר מֵאִיר *nomine Rabbi Meir.* Talm.

ב"ת

בַּעַל תַּכְלִית *Finitum, res finita,* cui opponitur בב"ת / id eſt, בִּלְתִּי בַּעַל תַּכְלִית *Infinitum, res infinita.* Cum ſervilibus, ואם היו נבראים מהשי"ת הבב"ת *Et ſi fuiſſent creata a Deo benedicto infinita, nullo fine praedita:* Item, הבב"ת לא יוכל ספר ולתאר בב"ת *Quod finitum eſt, non poteſt enumerare & circumſcribere infinitum.* Caphthor folio 56. 2. מהבב"ת *ab infinito.* כָּבוֹד הַבב"ת *honor infinitus.* In Ikkarim Orat. 1i. cap. 25. multa de infinitis in Deo.

2.

2. בַּעַל תְּשׁוּבָה *Poenitentiam agens.* Sic dicitur apud Iudaeos, cui poena aliqua temporalis poenitentiae loco impoſita eſt, aut qui ſponte ſua poenam aliquam aut adflictionem perferendam ſuſcipit, quod pro poenitentia, tamquam magnum meritum & opus operatum, computat.

בת"כ

Vide תו"כ. Quinquarboreus vult, eſſe etiam quandoque idem quod בְּתַלְמוּד בֵּן *In Talmud ſic*, ſcil. כְּתִיב *ſcriptum eſt.*

ג.

ג"בם

מֵי גְּרִיסִין בָּשָׂר שָׁמֵן מוּרְיֵיס *Aqua fabarum, caro pinguis, Salmuria.*

ג"ה

גֵּי־הִנֹּם *Gehinnom*, id eſt, *vallis Hinnom*, unde Gehenna.

2. גְּזֵרַת הַשֵּׁם *Decretum Dei.* Cum ſervilibus, בג"ה / de quo ſupra in בג"ה : item מג"ה *ex decreto, ordinatione Dei.*

3. גִּיד הַנָּשֶׁה *Nervus luxationis.* De eo multiplex diſputatio apud Talmudicos, apud quos etiam peculiare caput eſt, in quo de iſto nervo agitur. Illud abbreviate ſic citare ſolent: ut, בפ"ג *In capite Gid hannaſche.* Diſputatio

tio orta ex nervo Iacobi luxato in lucta cum angelo, Geneſ. XXXII, 32.

ג״ח

גְּמוּל חֶסֶד *Retributio beneficentiae, compenſatio beneficii*, beneficentia, benemeritum : vel גְּמִילוּת חַסְדָּא quod Chaldaice legitur Mich. VI, 9. vel גְּמִילוּת חֲסָדִים. Intelliguntur opera charitatis, quae homo homini pietatis zelo & ſtudio praeſtat. Illa ſunt vel indefinita ex Lege, vel definita. Indefinita, ut quae corpore praeſtat, viſitando aegrotos, ſepeliendo mortuos, aut relinquendo angulum agri pauperibus, & ſimilia. Definita, quae pecunia fiunt, ut eſt redemtio captivorum, veſtitio nudorum, cibatio eſurientium, & ſimilia. Vide Pea cap. 3.

ג״ט

Apud Chronologos ſunt literae numeri. Nempe ג *tertia*, & ט *nona* hora ſunt perpetuae ad conſtituendam Tekuphan, id eſt, *aequinoctium autumnale* menſis Tiſri, ſive Septembris.

ג״י

גְּלִילַת יָדְךָ *Revolutio manus tuae.* Uſus eius frequens eſt in epiſtolis familiaribus, quas ſic periphraſtice adpellant, quod literarum figurae, aut ſcriptio ipſa, revolutis ductibus perficiatur : קִבַּלְתִּי גְּ׳ *epiſtolam tuam accepi.*

ג"כ

גַּם כֵּן *Etiam ſic, itidem, ſimiliter, pariter.* Ubique apud Rabbinos obvium.

ג"נ"ת

גִּימַטְרִיָּא / נוֹטָרִיקוֹן / תְּמוּרָה *Gematria, Notarikon, Temurah.* Tres ſunt artis Cabaliſticae partes, quibus multa arcana comprehenduntur. Eſt autem Gematria vox conrupta ex Graeco γεωμετρία, quia vocem ratione numeri, qui eius literis continetur, conſiderat. Altera, *Notaricon*, ex Latinorum *noto, notatio, notarius, notariacum*, & conſiderat voces per ſe ſignificativas, ita ut ſingulae eius literae aliarum quoque vocum notae & characteres ſint. Tertia, *Temurah*, Hebraica eſt, idem quod *permutatio*, a מִ"ר / unde הֵמִיר *mutavit, permutavit.* Has breviter explicabimus, & exemplis inluſtrabimus.

Gematria eſt pars cabaliſtica, qua diverſae dictiones eumdem numerum literis ſuis exprimunt, ſic ut una per alteram ſecreto modo explicetur. Exemplum primum: כִּי הִנְנִי מֵבִיא אֶת עַבְדִּי צֶמַח *Nam ecce ego adducturus ſum ſervum meum Tzemach*, Zach. III, 8. Quid aut quis *Tzemach*? צמח valet cxxviii. totidem valet מְנַחֵם *Menachem*, conſolator. Hoc autem nomen *Menachem* numeratur a Cabaliſtis & Talmudicis inter nomi-

mina

na Meſſiae. [vide noſtrum Lexicon Hebraicum, in Rad. נין] unde Cabaliſtice per Tzemach intelligitur illic Meſſias. Hinc paraphraſtes Chaldaeus tranſtulit etiam מְשִׁיחָא *Meſſias.* Vide Aben Eſram in hunc locum. Secundum, literae vocum יָבֹא שִׁילֹה *veniet Schilo*, Geneſ. XLIX, 10. valent CCCLVIII; totidem valet vocabulum מְשִׁיחַ. Unde, *donec venerit Schilo*, perinde eſt, ac ſi dixiſſet, *donec venerit Meſſias*, quomodo Chaldaeus paraphraſtes tranſtulit. Notatum in margine Pentateuchi cum triplici Targum. Tertium, apud prophetam legitur, בְּרוֹגֶז רַחֵם תִּזְכּוֹר *in ira miſericordiae recordare*, Abac. III, 2. Hic רַחֵם valet CCXLVIII; totidem אַבְרָהָם. Perinde ergo eſt, ac ſi dixiſſet: in ira recordare Abrahami & foederis cum ipſo initi. Quartum, וַתַּהַר רִבְקָה אִשְׁתּוֹ *& concepit Rebecca uxor eius*, Geneſ. XXV, 21. Hic אִשְׁתּוֹ valet IDCCVII; totidem אֵשׁ וְקַשׁ *ignis & ſtipula.* Per אֵשׁ autem deſignatur Iacob, per קַשׁ Eſau, iuxta illud: *erit domus Iacobi* אֵשׁ *ignis, & domus Eſau* לְקַשׁ *in ſtipulam*, Obad. v. 18. Ergo occulte innuitur ſuperiori dicto, Rebeccam tunc conceniſſe Iacobum & Eſavum. Quintum: כַּף אַחַת עֲשָׂרָה זָהָב מְלֵאָה קְטֹרֶת *acerra una decem aureorum plena ſuffitu*, Num. VII, 14. כַּף per ſe *volam* aut *manum* ſignificat; ea innuitur תּוֹרָה *Lex*, quae data de manu Dei in manum Moſis. Plena קְטֹרֶת ſuffitu, id eſt, מִצְוֹת תרי"ג IDCXIII praeceptis. Nam קְטֹרֶת valet IDCXIII, ſi

ק in quaternarium numerum ד per modum Atbaſch convertatur. Dividitur autem tota Lex Moſis in tot praecepta. Huius meminit R. Bechai Exod. XXIV. in Paraſcha Miſchpatim. Sextum: וְהַכֶּסֶף נָתוּן לָךְ *& argentum dabitur tibi*, Eſth. III, 11. Hic כֶּסֶף tantum valet, quantum עֵץ *lignum*, nempe CLX. Voluit ergo Aſſuerus occulte ſignificare, futurum, ut paulo poſt ipſi lignum detur, id eſt, de ligno ſeu patibulo ſuſpendatur. Septimum: כּוּשִׁית *AEthiopiſſa nigra*, per Gematriam valet IↃCCXXXVII, tantumdem יְפַת-מַרְאֶה *pulcra forma*. Inde הָאִשָּׁה הַכּוּשִׁית *mulier pulcra*, Num. XII, 1. de uxore Moſis. Vide illic interpretes. En inventum ſubtile, non certe quale puerorum in faba. Miror, quare in Haſcuni, Gen. XI, 1. notatum ſit, שְׂפַת אֶחָת *labii unius*, per Gematriam eſſe לְשׁוֹן הַקֹּדֶשׁ *Linguae ſanctae*. Nam illud IↃCCXCIV, hoc IↃCCXCV.

Notaricon eſt, quando literae ſingulae vocis alicuius ſignificativae ſingulas alias dictiones connotant: ut, מַכְבִּי *Macchabaeus*, notat quatuor voces ſequentes, מִי כָמֹכָה בָּאֵלִם יְהוָה / *Quis ſicut tu inter Deos, ô DOMINE?* Exod. XV, 11. גַּן עֵדֶן *Hortus voluptatis*, notativum eſt apud Cabaliſtas harum vocum, נֶפֶשׁ / גּוּף / עֶצֶם / דַּעַת / נֶצַח / *corpus, anima, os, ſcientia, aeternitas.* אֹדֶם id eſt, אֹפֶר / דָּם / מָרָה *pulvis, ſanguis, fel.* שׁוֹפָר *buccina*, שָׂטָן וְאֵין פֶּגַע רָע *Satan neque ullus occurſus malus*, ſcil. obveniet nobis. Ἀδὰμ, i. e. ἀνατολὴ *Oriens*, δύσις *Occidens*, ἄρκτος *Septemtrio*, μεσημβρία *Meridies*, cuius

&

& ſupra meminimus. Haec omnia Cabaliſtice in egregios ſenſus extenduntur.

Temurah eſt permutatio, quando una vel duae dictiones in unam vel plures alias per literarum tranſpoſitionem, aut qualitatis inverſionem, transmutantur. Hinc quidam eam vocant הִיפּוּךְ *inverſionem*, quod literae invertantur, & aliter conlocentur, aut nomen in verbum vertatur. Huius generis ſunt, יְהוָה יְהוָה בְּעֻזְּךָ יִשְׂמַח־מֶלֶךְ *ô DOMINE in fortitudine tua laetabitur Rex*, Pſal. XXI, 2. Hic ישמח per metatheſin literarum eſt מָשִׁיחַ / quaſi dicere voluerit: *in virtute tua laetabitur rex Meſſias.* Item, יֵלֵךְ מַלְאָכִי לְפָנֶיךָ *ibit angelus meus coram te*, Exod. XXIII, 23. מַלְאָכִי *angelus meus*, nempe transpoſitis literis, מִיכָאֵל *Michael.* Item, חֵרֶם *anathema*, per metatheſin eſt רַחֵם *miſericordia*, & aliter רמח vox ſymbolica numeralis valens CCXLVIII, deſignans numerum membrorum in corpore humano. Nempe, ſi is, in quem anathema fertur, reſipiſcat, & ſerio poenitentiam agat, tum pro חֵרֶם *anathemate*, conſequitur רַחֵם *miſericordiam.* Si non reſipiſcat, tunc חֵרֶם *anathema* invaleſcit, & intrat in רמ״ח *ducenta* XLVIII membra eius, totumque hominem perdit. Item, בִּלְעָם בָּלָק *Bilham Balak* per metatheſin ſunt עֵמֶק בְּלָבָל / id eſt, *vallis confuſionis.* Hinc fiunt anagrammatiſmi nominum propriorum apud Latinos. Vide porro de his tribus ſpeciebus Reuchlinum libro III Cabalae; item Bibliandrum in comment. de ratione communi omnium linguarum p. 77.

ג"ע

1. גַּן עֵדֶן *Hortus voluptatis, Paradiſus*: opponitur ei גֵּ' הִנֹּם id eſt, גֵּ' *Gehenna.* Cum ſervili, גרוש אדם מ"ג *expulſus eſt homo ex Paradiſo*: item, יש שני גע"ע עליון ותחתון *ſunt duo Gan Eden*, id eſt, *Paradiſi, ſuperior & inferior*, id eſt, גַּנֵּי *horti.*

2. גִּלּוּי עֲרָיוֹת *Revelatio pudendorum.* Sic adpellant inceſtum, vagam, portentoſam libidinem, ex Lev. XVIII. Cum ſervilibus, בג"ע *per inceſtum*, לג"ע *ad.* Vide amplius in שפ"ח.

ג"רש

גִּירְסַת רבינו שמעון *Lectio, doctrina Rabbi Simonis* eſt.

ג"ש

גִּירְסַת שְׁמוּאֵל *Lectio, doctrina Samuelis*: מ"ג *ex lectione Samuelis.* Nomen inſignis doctoris.

2. גְּזֵרָה שָׁוָה *Ratio par, argumentum a pari*: מ"ג *a ratione pari.* Eſt unus ex tredecim modis, quibus Lex Moſis explicatur. Exempli cauſa: depoſuit quis in alterius cuſtodiam veſtem, furto abripitur. Conduxit quis alterius equum aut aſinum pecunia, abripitur à praedonibus. Hic מ"ג *ab argumento a pari*, neuter tenetur rem commiſſam ſolvere. Vide interpretes Exod. XXII.

ד

Cum ſervilis eſt haec litera, adito proximam. Quasdam tamen hic etiam adducemus.

ד׳

דַּף *Pagina*, *folium* libri. Sequi ſolet litera, numerum folii exprimens. Alias vix monoſyllaba ſic ſcribi ſolent.

ד׳א

דָּבָר אַחֵר *Sermo alius*, *expoſitio alia*, *res alia*. Frequens eſt, ubi plures expoſitiones alicuius loci adferuntur. דְּאָ֫וְרָךְ *ad neceſſitatem rei alterius*.

2. דֶּרֶךְ אַחֵר *Via, ratio alia, modus alius.*

3. דָּא אִיהוּ *Hoc eſt illud:* in Zohar, & ſimilis idiomatis libris.

דבע״פ

Vide in litera שׁ/ quae communius ponitur loco ד.

דא״לכ

דְּאִם לָא כֵּן *Quod ſi non ita eſt.* Daleth ſervile eſt, ſed absque eo vix haec abbreviatura reperitur.

ד"ה

דִּבְרֵי הַיָּמִים *Verba, res geſtae dierum.* Sic vocantur libri Chronicorum ſeu Paralipomenon. Cum ſervili, דה"י / ubi ד prius genitivum notat,& frequenter apud Maſorethas occurrit, quando locum ex illis libris adducunt, בדה"י *in Chronicis*,quod etiam de Chronicis profanis uſurpant.

2. דִּבְרֵי הַכֹּל *Verba omnium*, ſcilicet rerum dictarum, ſumma totius rei, vel doctrinae : verba omnium, ſcil. ſunt, omnes dicunt, omnium ſententia eſt. Talm.

3. דִּבּוּר הַמַּתְחִיל *Sermo incipientis*, vel auctoris iſtius, *ſermo incipiens.* In libris criticis eius uſus eſt. Vel דבור/ aut, דִּבְרֵי הַמְחַבֵּר *verba auctoris*, vel הַכּוֹתֵב *ſcriptoris.*

דה"א

דְּהָא אָמְרִינַן *Nam ecce dicimus.* Talmud.

דה"ע"ה

דָּוִד הַמֶּלֶךְ עָלָיו הַשָּׁלוֹם *David rex, qui in pace quieſcat.*

ד"הפ

דְּהָכִי פֵּירֵשׁ *Nam ſic explicat*, vel *hic explicat*. Vel, דְּהָכִי פֵּירוּשָׁה *quia ſic eſt explicatio eius*. Talm.

ד"ז

דָּבָר זֶה *Verbum hoc*, res haec.

ד"ח

ר״ח

דִּבְרֵי חֲכָמִים *Verba ſapientum.*

ר״כ

דֶּרֶךְ בְּלַל *Via generalitatis*, generaliter, univerſaliter, in genere.

ר״ל

דַּי לְמֵבִין *Satis intelligenti.* דַּיָּל *& intelligenti ſatis.* Utuntur, quando coram intelligente ſententiam abrumpunt Nam חַכִּימָא בִּרְמִיזָא *Sapiens nutu*, ſcil. rem percepit.

ר״לְמ״אע

דַּע לִפְנֵי מִי אַתָּה עוֹמֵד *Conſidera, coram quo ſtes.* Solent parietibus inſcribere, in locis publicis, vel privatis conclavibus, ut moneantur homines, ſe ubique eſſe in conſpectu Dei.

ר״לתו״ה

דְּלָא תֵימָא הָכִי *Ut non ita dicas*, ne ita dixeris. Talm.

ר״מ

דֶּרֶךְ מָשָׁל *Per modum parabolae*, vel ſimilitudinis, exempli cauſa figurate, parabolice.

2. Apud Chronologos ד eſt nota numeri quaternarii, מ eſt dimidium. Nempe hora quarta & dimidia, poſt meridiem, eſt tempus perpetuum ſolſtitii hyberni in menſe Tebhet, ſive Decembri.

ר״נ

דַּם נִדָּה *Sanguis menſtruus*, vel menſtruatae mulieris.

ד׳ס

דִּבְרֵי סוֹפְרִים *Verba ſcribarum:* מד״ס *ex verbis ſcribarum*, aut legis peritorum. Saepe in Maiemone.

ד׳פ

דּוֹ פַּרְצוּפִין *Duae perſonae.* In Zobar & Cabalicis. Eſt autem פרצופין ex Graeco πρόσωπον.

דצ״ך ער״ש באח״ב

דָּם / צְפַרְדֵּעַ / כִּנִּים / עָרוֹב / דֶּבֶר / שְׁחִין / בָּרָד / אַרְבֶּה / חֹשֶׁךְ / מַכּוֹת בְּכוֹר *Sanguis, rana, pediculi, conluvies inſectorum, peſtis, ulcera, grando, locuſta, tenebrae, primogenitus.* Nomina decem plagarum Ægyptiacarum ſic indicare ſolent.

ד׳ר

דִּבְרֵי רַבּוֹתֵינוּ *Verba doctorum noſtrorum.* Fere praecedunt literae ſerviles, בד״ר *in* &c. Sequi ſolet ד״ה / quod iam aliquoties explicatum. Vel ſimpliciter, דִּבְרֵי רַבִּי *verba Rabbi*, & tunc ſubſequi ſolet nomen eius, cuius verba adducuntur: ut, דר״א אליעזר *verba Rabbi Elieſer*: דר״מ מאיר *verba Rabbi Meir.*

2. דְּבָרִים רַבָּא *Deuteronomium magnum*, Gloſſa magna in Deuteron. Vide ſupra in בר״

ד׳רג

ר״ג

דְּרַבָּנָן גֵּרְשׁוֹם *Rabbini noſtri Gerſom.* ך genitivi nota. Vide בר״ג .

ד״ע

דִּבְרֵי רַבִּי אֱלִיעֶזֶר *Verba R. Elieſaris.* Talm.

ר״ש

הוֹרֵשׁ שְׁלוֹמְךָ *Quaerens pacem tuam*, ſtudens commodo tuo. In epiſtolis eius uſus frequens: vide Epiſtolas noſtras Hebraicas.

ר״ת

דִּבְרֵי תוֹרָה *Verba Legis*, verbum divinum: בר״ת *in verbis Legis*, מר״ת *a verbis Legis.*

רת״קע

דִּבְרֵי הַיָּמִים / תְּהִלִּים / קֹהֶלֶת / עֶזְרָא *Chronica, Pſalmi, Eccleſiaſtes, Eſra.* Sic ſumitur Exod. XV, 11. in Maſora, & alibi. Praecedit aliquando אמ״ת / de quo ſuo loco.

ה.

ה׳

הַשֵּׁם τὸ ὄνομα, *nomen*, quomodo κατ' ἐξοχὴν vocatur nomen tetragrammaton יְהוָה.

ה׳א

ה"א

הָוֵה אֲמִינָא *Eſſem* vel *fuiſſem dicens*, dicerem, dixiſſem. Talm.

הא'הל"

הַמִּלָּה אֲשֶׁר הוּצְרְכָה לְהוֹרוֹת *Dictio, quae poſita eſt ad ſignificandum.* In libro אוֹהֵל מוֹעֵד qui continet ſynonyma Hebraica, eius frequens uſus.

הא'ע

הֶחָכָם אַבֶּן עֶזְרָא *Sapiens Aben Eſra.* Vox החכם plerumque integre ſcribi ſolet. Vide אע'.

הב'בת

Vide בב"ת.

הב"ה

Vide הקב"ה.

הב'ע

הָבָא בְּמַאי עָסְקִינַן *Hic de quo agimus?* noſtine, intelligisne, de quo hic agamus?

הב"על

הַבָּא עָלֵינוּ לְטוֹבָה *Qui* vel *quod veniat nobis ad bonum noſtrum.* Sic loquuntur de die, feſto, tempore quolibet futuro, ut, בַּיְרִיד הבע"ל *in nundinis, quae veniant nobis bono noſtro*, quae no-

nobis ſint felices, mittam tibi, &c. Omittitur interdum ב / remanente הַלָּ

ה"ג

הָכִי גָּרְסִינַן *Sic legimus*, ſic diſcimus. Talm.

ה"ה

הַגָּהָה הַמְחַבֵּר *Animadverſio*, admonitio, cenſura *auctoris*. Uſurpari ſolet, quando auctor aliquis ad alterius auctoris textum notas, ſcholia, aut caſtigationes adiicit. Ultimum ה poteſt etiam denotare הַכּוֹתֵב *ſcriptoris*. Scribitur & integre הַגָּהָה cum virgulis, ut tanto magis obſervatio iſta ſit in conſpectu.

ה"ר

הֵיכִי דָּמֵי *Quomodo videtur*, ut adparet, quomodo eſt, vel habet ſe?

הוּא דֶּרֶךְ *Eſt via*, mos, conſuetudo.

הוּא דְּאָמְרִי *Illud eſt, quod dicunt*, ſcilic. אֲנָשִׁי *homines* הַחֲכָמִים *ſapientes*, aut aliud ſimile, quod ſequi ſolet.

הַיְנוּ דִּכְתִיב *Illud eſt, quod ſcriptum reperitur.* Pro הַיְנוּ legi etiam poteſt הַהוּא vel הוּא.

הָכִי גַּרְשִׁינַן *Sic explicamus.*

ה"א

1. הַיְנוּ דְּאָמְרִי אֲנָשִׁי *Illud eſt quod dicunt homines.* Utuntur Talmudici, quando adagium, dicterium, aut proverbialem ſententiam adducunt.

2.

2. הַכֹּל דְּבוּר אֶחָד *Omnia ſermo unus ſunt*, idem ſunt vel valent. Uſurpant, quando idem diverſis verbis dicunt. Cum vau copula, והו"א.

ה"ד

1. הוּא הַדִּין *Ipſum eſt ius*, idem iudicium, par ratio. Cum ſervili, והו"ה: ut, חָנֵי הַנֵּי וְהָךְ הַנֵּי *docet iſta, & idem iudicium eſt alterius*, & alteram ſententiam non excludit.

2. הַיְנוּ הַךְ vel הַיְנוּ הַאי *Illud ipſum eſt*, vel הַנֵּי הַךְ *iſta ſunt*, vel הוּא הַדָּבָר *illud eſt*. Tal.

3. הָאִישׁ הַגָּדוֹל *Vir magnificus*, vel הֶחָכָם הַגָּדוֹל *Sapiens maximus*, vel הַנֶּשֶׁר הַגָּדוֹל *aquila maxima*, vel denique הָאֶשֶׁל הַגָּדוֹל *arbor maxima*. In titulis virorum laudatiſſimorum ſic ſumi ſolet.

4. הֲלוֹא הוּא *Nonne eſt?* In exordiis literarum, quando nominant eum, cui ſalutem adſcribunt: ut, יְצָ"ו הֲלֹא כְמוֹ"ר מֹשֶׁה *nonne eſt ille R. Moſche?* Latinis interrogatio non habet locum. Saepe occurrit in libello רוֹפֵי הַזְּמַן, Cum ſervili והו"ה.

ה"ה

הַיְנוּ הַךְ דְּאִיתְּמַר *Illud ipſum eſt quod dicitur*, vel דְּאָמַר *quod dicit*, vel דְּאָמְרִי *quod dicunt*. Vel, הַהוּא הוּא דִּכְתִיב *illud eſt quod ſcriptum legitur*. In Zohar frequens, quando Scripturae locus citatur. In Talmud Ieruſchalmi ſcribitur הֵיא.

חה"כ

הרמ"כ

הָאִישׁ הַגָּדוֹל מְנוּחָתוֹ כָּבוֹד *Vir eximius, cuius requies ſit glorioſa.* Sic de viris excellentibus, e vivis exemtis, loqui ſolent.

הה"ר

הֶחָכָם הַגָּדוֹל רַבִּי *Sapiens ille magnus Rabbi* N. nomen ſequi ſolet: vel הָקָדוֹשׁ הָרַב רַבֵּנוּ *Sanctus ille,* &c.

הז"ה

הַיְנוּ זֶה *Ecce illud eſt:* הֲרֵי זֶה *ecce ille,* vel, *illud.* Frequens in Rambam & Rabbi Salomonis commentariis.

הח"ר

הֶחָכָם רַבִּי *Sapiens ille Rabbi* N. nomen ſequi ſolet.

ה"י

הַשֵּׁם יִתְבָּרַךְ *DOMINUS, qui benedictus ſit.* Interponitur ſaepius ש. Vide ,הַשֵּׁ.

הכ"א

הֵיכָמָה דְאָמַר *Sicut dicit* vel *dicitur.* Talm.

ה"ל

הָוָה לֵיהּ *Erat ipſi.* Sequi ſolet infinitivus,

us, לְמֵימַר *dicendum*, לְמִכְתַּב *ſcribendum*, aut ſimile.

ה"ל. הילל

הָוָה לוֹ לוֹמַר *Erat ei dicendum*, debuiſſet dicere, id eſt Talmudice, הָוָה לֵיהּ לְמֵימַר. Quandoque interponitur ר׳ ut שהר"ל & cum ſervili, שהו"ל *quod* &c.

ה"לש

הֲלָכָה לְמשֶׁה מִסִּינַי *Traditio Moſis a monte Sinai.* Sic dicunt, quando Traditiones ſuas auctoritate Moſis, qui eas in monte Sinai a Deo accepit, comprobare nituntur.

ה"מ

הַנֵּי מִלֵּי *Haec, iſta verba*, iſtae res: בהה"מ *iſtis verbis*: והה"מ *& haec verba*, hae res. Talm.

2. הָכִי מָאי. *Sic.* ante & poſt ſe aliquid requirit: ut, אי הכי למימר *ſi ſic eſt, quorſum dicendum?* Talm.

המ"ר

הֵיכָא מָצִית אֲמַר vel הֵיכְמָצִית *Quomodo eſt, quod dicit*, ſcil. הַפָּסוּק *verſus Biblicus*, Scriptura ſacra, iuxta id quod dicitur: vel, הַיְנוּ מַה דְּאָמַר *illud eſt quod dicit*, ſcil. Scriptura. Uſurpant, quando locum ex Scriptura adducunt ad ſententiae ſuae confirmationem.

ה"נ

המ"ע"ה

[הַמּוֹצִיא מֵחֲבֵירוֹ עָלָיו הָרְאָיָה *Qui educere cupit (quicquam) e ſocio, illi incumbit probatio.* dictum, quod in foro Hebraeorum locum habet tunc, quando *actori incumbit probatio*, qua mediante elicere aut educere ab altero, quem adcuſat, poſſit id quod cupit.]

ה"נ

הָכִי נָמֵי *Sic etiam, hic quoque.* Talm.

ה"נל

הַנִּזְכָּר לְמַעְלָה *Quod commemoratum eſt ſupra*, vel, qui &c. & cum ſervili alia, כנ"ל *ſicut* &c.

ה"נר

הַנַּעֲלֶה רַבִּי *Excellens Rabbi* N. nomen enim ſequi debet: vel הַנִּכְבָּד *honoratus*, aut, הַנָּגִיד *princeps*, הַנָּדִיב *munificus*, aut ſimile.

הס"ד .ה"סהד

הוא סוֹף דִּבּוּר vel הַדִּבּוּר *Iſte eſt finis ſermonis* vel textus huius. Interdum praeponitur ו copula, והס"ד .

הע"הב .הע"הז

Vide in litera ע.

הע"מ"ה

[הַמּוֹצִיא עַצְמוֹ מִן הַכְּלָל *eximit ſemet ipſum e regula.* cuius uſus eſt , quoties ſe quisquam communi aliorum cenſu excludit.]

ה"פ

הָכִי פֵּירֵשׁ *Sic interpretatur*: וה"פ *& ſic interpretatur.* Vel, הָכִי פֵּירוּשׁוֹ *ſic eſt interpretatio eius.*

ה"ק

הָא קָשֶׁה *Ecce difficile eſt* , ecce obiici poteſt : וה"ק *& ecce obiicitur* , difficilis obiectio eſt.

2. הָכִי קָאָמַר *Sic dicit* : דה"ק *quia ſic dicit.*

3. הָאי קְרָא *hic verſus Biblicus*, hic locus Scripturae,hoc dictum. Talm.

4. הָכִי קָתָנֵי *Sic docet* , ſic vult , ſic tradit. Talm. Cum ſervili וה"ק .

ה"קבה"

הַקָּדוֹשׁ בָּרוּךְ הוּא *Sanctus benedictus ille.* Nomen Dei periphraſticum : Chaldaice קוּדְשָׁא בְּרִיךְ הוּא. Abbreviate in Venetis legitur Ieſa. L, 11. Saepe omittitur ק / tantum הבה"ה / aut prima vox integre ſcribitur הַקָּדוֹשׁ בה"ה .

ה"קל

הַקּוֹדֵם לָבוֹא *Anticipans venire.* In epiſtolis

ſtolis eius uſus, ut cum dicunt : mitte mihi reſponſum עַ"י הק"ל *per manus primum venientis*, primi tabellarii.

ה"קמל

Vide infra in קמ"ל.

הק"ר

הַקָּדוֹשׁ רַבִּי *Sanctiſſimus Rabbi* N. nomen ſequi ſolet.

ה"ר

הוֹשַׁעְנָא רַבָּא *Hoſchana rabba*: ut אֵין מַקִּיזִין דָּם בְּהַ"ר *Non emittunt ſanguinem in Hoſchana rabba*, non ſecant venam. Sic vocant feſtum Tabernaculorum, quod ex inſtitutione divina, Levit. XXIII, incipit die decimoquinto menſis תִּשְׁרִי *Tiſri*, id eſt, Septembris, & durat per integram ſeptimanam. Septimus eius dies dicitur הוֹשַׁעְנָה רַבָּה *Hoſchana rabba*, Hoſanna magnum, q. d. feſtum auxiliare vel ſalutare magnum, & celebratur vigeſimo primo die Septembris. Vocatur הוֹשַׁע נָא *Serva, ſalva, ſalutem, opem confer nunc*, quia orant pro ſalute & remiſſione peccatorum totius populi, tum etiam proſperitate incoati novi anni, cuius feſtum praeceſſit, celebratum Calendis Septembris. Hinc omnes preces huius feſti *ſalvandi* & *ſalutis* vocabula incluſa habent, & pleraeque ab his incipiunt, veluti, לְמַעַנְךָ אֱלֹהֵינוּ הוֹשַׁע נָא

אֵל *Propter te , ô Deus noſter , ſerva nunc :* כְּהוֹשַׁעְתָּ אֱלֹהִים לְמוֹשָׁעוֹת *Deus omnis ſalutis:* בְּלוּד עַמֶּךָ *ſicut ſalvaſti Iſraelitas in Aegypto : tecum, ſic ſerva nunc.* כְּהוֹשַׁעְתָּ אָב הֲמוֹן *Sicut ſalvaſti Abrahamum* כֵּן הוֹשִׁיעֵנוּ *ſic ſerva nunc.* לְמַעַן אֲמִתֶּךָ הוֹשִׁיעֵנוּ *Propter veritatem tuam opem confer nunc :* אֲדוֹן הַמּוֹשִׁיעַ *O Deus ſalvator !* & ſic omnes preces huc directae ſunt. Hinc metonymice preces ipſae huius feſti vocantur הוֹשַׁעְנוֹת : ut אוֹמְרִים הוֹשַׁעְנוֹת *Dicunt Hoſchanoth* , סֵדֶר הוֹשַׁעְנוֹת *ordo Hoſchanoth* , id eſt, precum feſti Hoſchana. Haec in libris precum obvia. Deinde vocant faſciculum (de quo Levit. XXIII, 40.) הוֹשַׁעְנָא quia, in eius circumgeſtatione & commotione , ſubinde adclamant הוֹשַׁעְנָא *opem fer nunc.* Hinc legitur, מְקִיפִין אֶת הַמְּגֻרָּל עִם הַלּוּלָב וְהוֹשַׁעְנוֹת id eſt, *Circumeunt ſuggeſtum , cum ſpatula palmae & ſalicibus , ſeptem vicibus* ; nempe in memoriam Iericho , quam etiam circumiverunt ſeptem vicibus : מְנַעְנְעִין אֶת הוֹשַׁעְנוֹת *commovent ſalices.* Haec in Minhagim, id eſt, libris ritualibus ipſorum. In Talmud, אָמַר רַבִּי זֵירָא לֹא לִיקְנֵי אִינִישׁ הוֹשַׁעְנָא לִינוֹקָא בְּיוֹמָא טָבָא *Rabbi Sira dixit : nön comparabit quisquam faſciculum ſalicis pro puero , in die feſto :* Succa fol. 46. 2. Item , אֲסָא מִצְרָאָה כָּשֵׁר לְהוֹשַׁעְנָה *Myrtus Aegyptiaca recta eſt ad Hoſchana* , ut ſcil. cum faſciculo ſalicis conligetur : Succa fol. 33. 1. Item , מְגַרְּלִי הוֹשַׁעְנָא *conligantes faſciculum ;*

lum; Gloſſa, אוגדי הלולבין *coniungentes ramos palmarum*: ibid. fol. 37. 1. Ergo non tantum de faſciculo ſalicum uſurpatur, ſed pro toto faſciculo, in iſto feſto geſtari ſolito. Et mox ibidem: לא לינקוט אינש הושענא בסודרא *non prehendet quisquam faſciculum Hoſchana cum linteo*, ut ſcil. manum linteo vel ſudario involvat, & ſic faſciculum geſtet. Notavit hunc uſum vocis iam antea Druſius, in comment. ſuo ad voces Hebraicas Novi Teſtamenti: ſed hinc vides, uſum eſſe communem & tritum apud Iudaeos, ubi de huius feſti ceremoniis tractant.

הר"ם

הֲחָכָם רַבִּי אֱלִיָּה מִזְרָחִי *Sapiens R. Elias orientalis.* Scripſit ביאור declarationem in commentaria R. Salomonis.

הר"ש

הָרַב רַבֵּנוּ אָשֵׁר *Dominus doctor noſter Aſcher.* Inſignis doctor Talmudicus fuit, ac ſaepe in Talmudicis commentariis ſic citatur. Mortuus eſt Anno Chriſti clɔccxlviii.

הר"ר

הָרַב רַבִּי *Ampliſſimus Rabbi* N. nomen ſequi ſolet, veluti Aharon, Ruben. Infinita doctorum Hebraeorum nomina ſic cum ה ab initio citantur, quorum communiora aliquot, vide in lit. ר.

הש״י

הַשֵּׁם יִתְבָּרַךְ *DOMINUS, qui benedictus sit.* Cum servilibus, בשה״ש/ שה״ש/ מה״ש/ וה״ש *quando Deus*, &c.

ך.

Quia litera ך ab initio hic semper servilis est, ideo multas alias abbreviaturas vide in litera, quae proxime eam in Abbreviatura sequitur.

וא״ש

וְאֵלֶּה שְׁמוֹת *Exodus*, nomen libri secundi Mosis.

וא״ש ר

וְאֵלֶּה שְׁמוֹת רַבָּא *Glossa in Exodum magna.*

וב״כא

וּבְכָל אֶחָד *Et in unoquoque.*

וה״רע

וְדִבְרֵי הַיָּמִים דָּנִיֵּאל עֶזְרָא *Libri Chronicorum, Daniel, Esra.* Usus eius in Masora magna. Sic explicatur ibi in ordine אמ/ ad Masoram, ויאמר להם.

וה״אר

וה"אר

וְהָא אָמַר רַבִּי *Et ecce dicit Rabbi* N. nomen continuo ſequi ſolet eius, qui dicit. [In obiectionibus eius uſus eſt apud Talm.]

והמ"ב

וְהוּא מוּבָן בְּנָקֵל *Et hoc intelligitur perfacile*, Facile intellectu eſt. In Com. in More ſaepe.

וז"ש

[וְזֶה שֶׁאָמַר *Et hoc eſt, quod dixit*, vel שֶׁאָמְרוּ *quod dixerunt.* Adhibent, ubi ſuam ſententiam aliorum quoq; teſtimonio confirmant.]

ויק"ר

וַיִּקְרָא רַבָּא *Vaiikra rabba*, Gloſſa magna in Leviticum: vide בר"ר.

וי"ת

וְיוֹנָתָן תִּרְגֵּם *Et Ionathan transfert.* Interpres Chaldaicus prophetarum, de quo ſupra.

וכ"תי

וְכֵן תִּרְגֵּם יוֹנָתָן *Et ſic transfert Ionathan*: in Commentariis.

ולמ"ד

וּלְמַן דְּאָמַר *Et ei, qui dicit.* Talm.

ולמ"ל

וְלָא מְצִי לְמֵימַר *Nec poteſt dici:* Talm.

ופ"גין

וּפוֹרֵץ גָּדֵר יִשְׁכְּנֵהוּ נָחָשׁ *Diruens ſepem, mordebit eum ſerpens.* Eccleſ. X, 8. Vide noſtram Inſtitutionem epiſtolarem Hebraicam cap. VI.

וצ"ע

וְצָרִיךְ עִיּוּן *Et opus habet conſideratione :* in commentariis.

ז

ז"א

Frequenter eſt cum praefixa ו copula pro, וְזֶה אֲמָרוֹ *Hic eſt ſermo eius*, haec ſunt verba eius, ab אָמַר. Vel eſt infinitivus, *dicere eius.* In commentariis, ubi verba textus auctoris adducunt.

זא"ב ולב"וא

זְכוֹר אֶת בּוֹרְאֶךָ וְהִצְנַע לֶכֶת בֵּית יְהוָה אֱלֹהֶיךָ *Recordare creatoris tui, & humiliter ingredere domum*

domum DOMINI Dei tui. Parietibus ſynagogarum inſcribere ſolent.

זּב

זְמַן בְּמָה *Tempus quo*, quo tempore.

זּג

זֶה גַּם כֵּן *Hoc etiam ſic eſt.*

זּה זֹּהר

זֶה הַדָּבָר vel זֶה הַדִּבּוּר *Iſte, hic ſermo*: *Iſta res.*

זהּל צּיב

זֶה הַשַּׁעַר לַיהוָה צַדִּיקִים יָבוֹאוּ בוֹ *Haec eſt porta DOMINI, iuſti intrabunt eam*, Pſalm. CXVIII, 20. In ſuperliminari ſynagogarum ſuarum ſcribere ſolent, quandoque etiam in fronte Bibliorum.

זּש

[זָכוֹר וְשָׁמוֹר *recordare & obſerva*, videlicet Sabbatum. Exod. XX. Deut. V. ubi negotium Sabbati intercedit, hac uti ſolent. In praefatione libri BaalAkida allegorice *ſechor* & *ſchemor* duo fratres, fuiſſe dicuntur, quorum ſanguis una fuſus eſt, profanatione videlicet Sabbati, quae כאלו שפיכת דמים שוה *reatui fuſionis ſanguinis aequalis eſt.* In horum tamen gemellorum fratrum defuncto-

rum memoriam Iudaeis feſtivioribus ac hilarioribus in more fuit feſtis & Sabbaticis diebus ſerta geſtare manibus. Ita in Tikune Schabbath fol. 3. p. 2. ex Schabbath: *Viri religioſi duos myrtorum faſciculos, ſynagogam & templum intrantes, manibus geſtabant, unum in honorem* זָכוֹר, *alterum vero* שָׁמוֹר, *cum quibus & ad nuptiarum feſtivitates praeibant ſponſo atque ſponſae tripudiantes atque dicentes:* ſponſa pulcra eſt ac proba; *haecque fiebant propterea, ut roborarentur infirmi a tentationibus figmenti mali & ſervitutis iugo.* Sic in Een Iacob & Schabbath §. 23. R. Simeoni Iochaidi & Elichri filio, e latibulo, in quo XIII annos deliturant, egredientibus, ob viam factus ſenex, duas myrti ſportulas adferens manibus, quem conſpectum Iochaides ſciſcitabatur: *ad quid tu hi? cui alter: in honorem Sabbati, regerit prir: unus ſatis fuiſſet; reſpondet: unus eſt in honorem* זכור *alter* שמור. *dixerunt: quam ſolicito denuo divinorum praeceptorum amore capiuntur Iſraelitae, & requietus reſtitus eſt ipſorum animus.*]

ז"ו

זֶרַע יִשְׂרָאֵל *Semen Iſraelis.*

ז"ל

זִכְרוֹ לִבְרָכָה *Memoria eius ſit in benedictione.* De plúbus, זִכְרוֹנָם *memoria ipſorum.*

No-

Nomini virorum piorum defunctorum ſubiici ſolet: aut in genere ſapientum vel Rabbinorum commemorationi. Id etiam quandoque omittitur; ut וְאוֹלָ *Et dicunt beatae memoriae*, ſcilicet חֲכָמִים vel רַבּוֹתֵינוּ *Rabbini noſtri.*

2. זָכוּר לְטוֹב *Recordatus ad bonum*, fauſtae memoriae quem honoris cauſa nomino.

3. זֶה לְשׁוֹנוֹ *Hic eſt ſermo eius*, haec ſunt verba eius, vel לְשׁוֹנָם *verba eorum.* Uſurpant, quando alterius auctoris verba in ſuis ſcriptis adducunt. Fere praecedit וְאוֹלָ / .

זלה"ה

זִכְרוֹנוֹ לְחַיֵּי הָעוֹלָם הַבָּא *Memoria eius ſit ad vitam futuri ſeculi*, id eſt, aeternam. In titulis & praefationibus librorum uſitatiſſima. Multi, etiam Iudaei, errant in hac abbreviatura, ſed veritas explicationis patet ex libro חסידים *Chaſidim*, in quó legitur num: 8: *Multorum, etiam piorum, quorum innumera exſtant opera bona, memoria perit in hoc mundo,* ואין מזכיר להם רק זכרונם לחיי העולם הבא *nemine ipſorum amplius recordante, tantummodo memoria ipſorum eſt ad vitam futuri ſeculi.*

ז"מ

זֶרַע מְלוּכָה *Semen regium.* Apud Hiſtoricos. Apud Chronologos ז eſt *ſeptem*, מ eſt מַחֲצִית nempe hora ſeptima & *dimidia* eſt tempus Tekuphae ſive *ſolſtitii aeſtivi* in menſe Tammus ſive Iunio.

זצ"ל

זצ"ל .זצ"וקל

זֵכֶר צַדִּיק לִבְרָכָה *Memoria iusti sit ad benedictionem*, Prov. X, 7. Quandoque legitur, זצלה"ה/ ubi postremae literae sunt, ut antea in זלה"ה. Quandoque זצו"קל ubi וק valent, ut puto, וָקָדוֹשׁ: in fine praefationis More, & in libro Cosri, & alibi. Vel, זצו"ל/ id est, זֵכֶר צַדִּיק וְזֶרְעוֹ לִבְרָכָה *Memoria iusti & seminis eius sit in benedictione.*

ז"ק

זֶרַע קַיָּם *Semen stabile.* Usurpant, quando posteritatem alicuius vel optant, vel commendant.

זש"ה

זֶהוּ שֶׁאָמַר הַכָּתוּב *Illud est quod dicit Scriptura*, vel, שֶׁנֶּאֱמַר *quod dictum est*, aut *dicitur.* Usurpant, quando aliquid Scripturae dicto confirmare volunt. [Similes locutiones passim occurrunt in scriptis N. T. veluti Act. II, 16. τοῦτό ἐστι τὸ εἰρημένον διὰ τοῦ προφήτου, cetera.]

ח

ח'

חֵלֶק *Pars*, libri scil. 'א 'ח/ id est, חֵלֶק רִאשׁוֹן *pars*

pars prima, ב׳ ח׳ *pars ſecunda.* א׳ בח׳ *in parte prima.* Sic liber More diſtinctus eſt in tres partes.

ח״א

חֲכָמִים אוֹמְרִים *Sapientes dicunt.* Cum ſervili ן communiter וחא׳ / *&*. Interponitur ſaepe כ / ut, וחכ״א *& ſapientes dicunt.*

ח״ב

חֻרְבַּי בַּיִת *Vaſtatio, deſtructio domus*, id eſt, Templi Hieroſolymitani, quod fuit primum & ſecundum.

ח״בית

Symbolum vocum, חָלָב/בָּשָׂר/יַיִן/תְּבֵלָה/ apud Talmudicos.

ח״גבי

חָלָב/גְּבִינָה/בֵּיצָה/יַיִן *Lac, caſeus, ova, vinum.* Fluxu laborantem his non cibant, Talm. Ioma fol. 18. 1.

ח״גכש

חלב/גבינה/בצלים/שיחלוים *Lac, Caſeus, Cepae, Ficus immaturae.* Poſt venae ſectionem haec comedere prohibitum, ע״ז fol. 29. 1. המקיז דם לא אכל חגב״ש

ח״גת

חג"ת

[Sunt tres Sephiroth Cabbaliſtarum, priores ordine & dignitate in Seir Anpin, ſive Sphaera ſeptem Sephirothica, quae inferiores reliquas complectuntur omnes. Sunt vero: חֶסֶד vel גְּדוּלָה *benignitas* גְּבוּרָה *potentia* & תִּפְאֶרֶת *decus.* Solae priores binae quandoque ſic חג"ה vel ſic חו"ג *Cheſed* & *Gebhura* abbreviantur.]

ח"ר כח"ר

חוּשְׁבָּנָא דֵּדִין כְּחוּשְׁבָּנָא דֵּדִין *Ratio ſententiae huius, ſicut ratio ſententiae illius.* Apud interpretes, quando paria loca inter ſe confe-runt, & unum per alterum explicant.

ח"ה

חִלּוּל הַשֵּׁם *Profanatio nominis divini*, contra praeceptum tertium. Cum ſervilibus, בְּחַ"ה *Cum*, &c. שֶׁחַ"ה *quia*, &c.

2. חֲלִיצַת הַנַּעַל *Extractus eſt calceus.* In materia adfinitatis uſurpant, ubi tractant de uxore fratris defuncti ducenda vel repudianda. Ibi enim vidua ab adfini repudiata, ipſi calceum extrahit, ac ſimul in faciem eius exſpuit, exclamantibus adſtantibus, &c. Vide Synagogam noſtram Iudaicam.

3. חִדּוּשׁ הָעוֹלָם *Renovatio mundi.*

4. חוֹל הַמּוֹעֵד *Profanum tempus ſolennitatis.* Sic intermedios dies profanos adpellant feſto-

rum

rum ſolennium, veluti Paſchatis & Tabernaculorum , in quibus primus & ſeptimus dies ſacri & feriati ſunt, ab omni opere ſervili exemti : reliqui intermedii ex parte tantum ſacri , in quibus quidem ſacra peragunt, ſed opus praeterea ſervile non prohibitum , adhibitis tamen certis differentiis. Cum ſervilibus, בחו״ה / לחו״ה / ubi ד nota genitivi.

חו״ח. חו״ש

חַס וְשָׁלוֹם *Parce & pax ſit.* Forma loquendi Rabbinica eſt , qua malum & infauſtum quid deprecantur & avertunt , ut cum Latini dicunt, *quod abſit*, *quod Deus clementer avertat.* Hebraice id dicitur חָלִילָה / pro qua voce Chaldaice eſt חַס / *parce*, *propitius eſto* , a חוס : ut , חָלִילָה לַעֲבָדֶיךָ *Profanum ſit ſervus tuis* , abſit a ſervis tuis : Targum , חַס לְעַבְדָּךְ / Geneſ. XLIV, 7. חָלִילָה לָנוּ *abſit a nobis* : Targum , חַס לָנָא / Ioſ. XXII, 29. Hinc deinceps Rabbini ſuum C*has veſchalom* deſumſerunt , ut cum dicunt , חו״ח ישראל חוטאים לפניך *Si, quod abſit , Iſraelitae peccaverint coram te.* In Ionathane aliter haec locutio etiam exprimitur : ut , חולין הוא לָךְ *Profana ſint iſta tibi,* abſit a te, Gen. XVIII, 25. quae forma apud Talmudicos quoque frequens; ut, חולין הוא לך מעשות כדבר הזה *abſit a te agere iuxta rem hanc* , Berachoth fol. 32. 1. Rabbini quoque duplicant locutionem חו״ח וב״מ. De ב״מ ſuo loco vide.

חו״ל

ח״ל

חַכָּמִים זִכְרוֹנָם לִבְרָכָה *Sapientes piae memoriae.*

ח״י

חֲתִימַת יָדִי *Subſcriptio, ſubſignatio manus meae*, chirographum meum. In materia contractuum & inſtrumentorum, chirographorum, & ſimilium libellorum eius uſus eſt.

חכ״א

Vide paulo ante in חא״ .

ח״ל

חוּצָה לָאָרֶץ *Extra terram*, ſcilicet Iſraeliticam. Cum ſervilibus, בח״ל / *in peregrina terra*, לח״ל / וח״ל : ut, היה עומד בח״ל יכוין את לבו כנגד א״י *Si ſtet* (orans) *extra terram, dirigat cor ſuum verſus terram Iſraelis.* Et aliter, ut in ſequenti.

ח״ל בנח״ש ה״רג מ״ה

חֵרֶם לְזָרִים בְּנִדּוּי חֵרֶם שַׁמָּתָא דְרַבֵּנוּ גֵּרְשׁוֹם מְאוֹר הַגּוֹלָה *Anathematis poena ſit alienis per ſeparationem, anathema, & proſcriptionem Rabbini noſtri Gerſchom, luminis captivitatis.* Vide noſtram Inſtitutionem Epiſtolarem Hebraicam cap. VI. Et בנחש non eſt vox per ſe, ut quidam putarunt, ſcribentes eam בְּנָחָשׁ

per

per ſerpentem, ſed vox ſymbolica trium anathematis ſpecierum. [Scilicet חֵרֶם, שַׁמְּתָא, בְּנִדּוּי].

ח"לב

חֵרֶם לְזַרְיָם וּבְנִדּוּי Vt in præcedenti forma. Alii ב explicarunt per בְּנָחָשׁ *per ſerpentem*. Falſi ſunt. Iudaei per בְּנִדּוּי legunt, primam anathematis ſpeciem. Aut ſi maxime per בנחש explicetur, tum id ſymbolice accipiendum, ut ante poſitum. Neque dici debet, quod voce בְּנָחָשׁ reſpexerint ad locum Eccleſiaſtis X, 8. וּפֹרֵץ גָּדֵר יִשְׁכֶּנּוּ נָחָשׁ *Diruens ſepem, mordebit eum ſerpens.* Nam hoc dictum ſeparata abbreviatura indicant, & ſuperiori adponunt. Vide Epiſtolas noſtras Hebraicas, & ſupra in ופג"ן.

חלע"הב

חֵלֶק לָעוֹלָם הַבָּא *Pars ſeculi futuri.*

ח"ט

אֲנִי חמ"ה מוֹרֶה חֲתוּם מַטָּה *Subſcriptus infra:* *Ego ſubſcriptus infra confiteor.* In Chirographis & contractuum literis eius uſus. Praeponitur & articulus, הח"מ. Et pluraliter אנחנו חמ"מ מעידים *Confitemur nos infra ſubſcripti*, i. e. חֲתוּמִים מַטָּה.

2. חול מוֹעֵד *Profanum feſti.* Sed id ſaepius indicatur per חה"מ / de quo antea.

חמ"פנ

Symbolum eſt vocum, חֲלָתִית/מוּרְיַיס/פַּרְ גְּבִינָה/ [*acetum, ſalmuria, torta panis, caſeus.*] Apud Talmudicos, עי"ן fol. 39.

חמ"שרת

Apud Maſorethas vox ſymbolica eſt harum quatuor vocum, חֻקָּה / מְדָה / שָׁנָה / תּוֹרָה. Nota Maſorethica eſt, אחרת ו׳פת׳ בזקפא וכל חמ"שרת דכו׳ במ"א Id eſt, אַחַת *ſexies habet Pathach cum Sakephcaton, & omne* חמ"שרת *ipſi ſimile, excepto uno*, Exod. XVI, 33. 2. Sam. VI, 19. Senſus: Vox אַחַת ſex locis (quae Chaldaicis vocalibus ibidem ſignificantur) habet Pathach cum Sakephcaton, cum qua alias ſolet ſcribi cum Kametz. Similiter quoque cum Pathach eſt, quotiescumque coniungitur cum aliqua quatuor iſtarum vocum, חֻקָּה/מְדָה/שָׁנָה/תּוֹרָה/ quarum ſymbolum eſt חמ"שרת/ unico tantum loco excepto, in quo ſcribitur שָׁנָה אֶחָת *Anno uno*, Deut. XXIV, 5. cum Sakephcaton cum Kametz.

חנ"כל ש"צם

חַמָּה/נוֹגַהּ/כּוֹכָב/לְבָנָה/שַׁבְתַּאי/צֶדֶק/מַאְדִּים Id eſt, *Sol, Venus, Mercurius, Luna, Saturnus, Iupiter, Mars.* Septem Planetarum nomina apud Aſtronomos, & ubi Aſtronomica tractant, ſic ſaepe indicantur. Vide Talm. Schab. fol. 156. 1.

ח"ק

חֲטֵף קָמֵץ *Chateph kamets.* In Eliae Levitae Grammatica.

חש"ו

חֵרֵשׁ שׁוֹטֶה וְקָטוֹן *Surdus, ſtultus & puer*, ſive minorennis. De his in iuridicis libris ſcribitur. דלא בני דיעה הם *quod non ſunt filii ſcientiae*, id eſt, ſcientes, intelligentes inter bonum & malum, honeſtum & inhoneſtum, ideoque ad res peragendas, ſive contractus faciendos, inepti. In tractatu Talmudico מעילה fol. 26. 1. השולח הבערה ביד חשו *Immittens incendium per manus ſurdi, ſtulti, & minorennis.*

ט

ט"א

טַעַם אַחֵר *Ratio alia.*

טָעוּת אַחַת *Error unus*, mendum aliquod.

עוד מצאתי טא"ו vel אחרת *Amplius inveni errorem aliquem, alium.*

טא"ח

טור אורח חיים Liber celebris eſt, cui nomen אַרְבָּעָה טוּרִים *Quatuor ordines* ſive *partes*: iſtarum una vocatur טור אורח חיים *Pars Orach*

Orach Chaiim, quae abbreviate ſcribitur טא"ח & cum ſervili litera בטא"ח *in* &c. Auctor eius R. Ioſeph Karro. Reliquae partes etiam abbreviate citantur, טח"מ/ט"יד/טא"ע/ quae plene nominatae ſupra in א"ח. * Vide illic.

ט"מ

טַעֲמֵי מִצְוֹת Libri nomen eſt, cuius auctor R. Menachem Rakanati, qui ſic aliquando abbreviate citatur.

ט"ס

טַעוּת סֵפֶר *Error libri.* Cum ſervili, בט"ס *Videtur mihi, quod error libri eſt*, vel שט"ס הַיְנוּ סוֹפֵר *ſcribae.*

י

י"א

יֵשׁ אוֹמְרִים *Quidam dicunt:* י"א *& quidam dicunt.*

יא"וא

יְהִי אוֹר וַיְהִי אוֹר *Eſto lux, & fuit lux*, ex Gen I, 3. apud Cabaliſtas.

יְהוָה אֱלֹהַי וֵאלֹהֵי אֲבוֹתַי *DOMINE Deus mi, & Deus patrum meorum.* In libris precum.

יא"וא

וא"ו

יְהוָה אֱלֹהֵינוּ יְהוָה אֶחָד *DOMINUS Deus noſter DOMINUS unus eſt*, ex Deuter. VI, 4. apud Cabal. & Rab.

וב"ה

יַעֲקֹב בַּעַל הַטּוּרִים *Iacob auctor* (libri) *Hatturim.* Praecedere ſolent literae titulorum abbreviate poſitae, veluti מהר"ר / de quibus ſuo loco.

יב"ן

יִשָּׂשכָר בִּנְיָמִין נַפְתָּלִי: *Iſaſchar, Biniamin, Naphtali.*

יב"נה

יין / בשמים / גר הבדלה: *Vinum, Aromata, Lucerna ſeparationis Sabbathinae.* Haec tria requiruntur ad ſeparationem Sabbathi a diebus profanis ſeptimanæ, quae fit cum precibus & ſolennitatibus aliis.

יב"ע

יוֹנָתָן בֶּן עוּזִיאֵל *Ionathan filius Uzielis.*

יב"ק

יַעֲנֵנוּ בְיוֹם קָרְאֵנוּ *Exaudiat nos, quo die invocaverimus eum*, ex Pſal. XX, 10. in libris precum.

י"ג

יש בדרסין *Quidam legunt*, vel, *quidam docent*, pro diverſitate ſenſus.

י"ר

יורה דעה *Iore dea.* Nomen libri eſt. vide אה"ט & טאה"ט

יד"ן

יהי דן נחש *Erit Dan ut ſerpens*, Gen. XLIX, 17. Quinquarboreus adducit, quaſi eius uſus ſit in dorſo literarum, ad vetandum, ne quis alterius literas aperiat, q. d. *eſto iudicans ſerpens* eum, qui ſcilicet reſignaverit, facto ex nomine proprio דן participio, pro *iudicans*, a דין. Ego plurimas Iudaeorum epiſtolas habeo, ſed numquam ſic vidi.

י"ה

יום הכפור *Dies expiationis.* Dies feſtus eſt admodum ſolennis, quo per viginti quatuor, & amplius, horas ieiunant; incedunt diſcalceati, albis veſtibus extrinſecus induti, orantes, legentes diu noctuque, numquam dormientes, ut expiationem peccatorum tanto citius a Deo obtineant. Celebratur die decimo menſis Septembris, ex Levit. XXIII, 27. Cum ſervilibus ביה"/ליה". Scribitur & plenius והכ"/pro יום הכפור.

יה"כי

יה״בי

יְקוּתִיאֵל הַכֹּהֵן בַּר יְהוּדָה *Iekuthiel ſacerdos, filius Iehudae.* Meminit eius Elias Germanus in *Fragmentis tabularum.* Scripſit librum עֵ״ן הַקּוֹרֵא /in quo de ratione punctationis agitur. In quodam carmine ponit nomen ſuum, זַלְמוֹן הַנַּקְדָּן *Salomon punctator.*

יו״הך

Eſt nomen angeli, hominum curae praefecti, deſumtum ex literis finalibus harum vocum, כִּי מַלְאָכָיו יְצַוֶּה לָךְ *Nam angelis ſuis praecipiet de te*, ut cuſtodiant te in omnibus viis tuis, Pſalm XCI, 11. Vide & ante in הה.

יו״ן

יִתְעַלֶּה זִכְרוֹ *Exaltetur* vel *laudetur memoria eius.*

יז״וא

יִרְאֶה זֶרַע יַאֲרִיךְ יָמִים אָמֵן *Videat ſemen, producat dies vitae, Amen.* Εὐφημία, quam viventis nomini ſubiiciunt, in titulis librorum frequens.

י״ח

יום הול *Dies profanus*, qui non eſt plene ſacer. Sunt etiam literae numeri, pro 18. integre שְׁמֹנֶה עֶשְׂרֵה /quomodo vocant precationem certam quotidianam, quae continet octodecim בְּרָכוֹת *benedictiones.*

2. יְדֵי חוֹבָתוֹ *Facultates debiti ſui.* Sic loquuntur, quando quis officium ſuum in aliqua re fecit & propterea excuſabilis eſt, vel inexcuſabilis, יְדֵי חוֹבָתוֹ יָצָא / vel, לֹא יָצָא &c. *non egreditur e manibus debiti ſui*, id eſt, non eximitur culpa, non eſt excuſatus, non ſatisfecit officio ſuo.

ו"ט

יוֹם טוֹב *Dies bonus*, id eſt, feſtivus, feriatus extra Sabbathum.

ויל"אן

Vide ſupra in בילאו"י.

ו"כ

יוֹם כִּפּוּר *Dies expiationis:* vide כ"י.

ו"ל

יֵשׁ לוֹמַר *Eſt dicendum*, dici debet: ל"ל *& dici debet:* vel, יֵשׁ לְפָרֵשׁ *eſt explicandum*, vel, יֵשׁ לְהָקְשׁוֹת *eſt exponendum*, ſolvendum: יֵשׁ לְתָרֵץ *eſt obiiciendum*, quaerendum: יֵשׁ לִשְׁאוֹל *quaerendum*, interrogandum.

ו"מ

יֵשׁ מְפָרְשִׁים *Sunt exponentes*, quidam exponunt, quidam interpretes: מ"מ *& quidam interpretes:* מ"מ שמפרשים *ſunt interpretes*, qui exponunt, Kalvenaki Prov. XXV, 1.

Apud

Apud Chronologos י notat *decem* : מ eſt מחצית *dimidium.*

יו"ד

יוצא מן הכלל *Egreditur ex regula* , excipitur. De pluribus, יוצאים. Apud Maſorethas frequens,quando dant regulam aliquam, & ſubiiciunt, quae inde excipiuntur.

י"ן

יחיה נצח *Vivat aeternum.* Viventis nomini adponunt.

י"ס

יש ספרים *Sunt libri* , quidam libri : בי"ם *in quibusdam libris.* Sic יש pro *quidam* ſacpiſſime.

עשר ספירות *Decem numerationes:* י eſt litera numeri, *decem* ſignificans. Decem hae ſephiroth arborem cabaliſticam conſtituunt, ex cuius ramis tota Kabala nata eſt. *Sunt autem divina nomina* (inquit Reuchlinus lib. III. Cabalae) *quae nos mortales de Deo concipimus , vel eſſentialia , vel perſonalia , vel notionalia, vel communia.* Diſpoſitio arboris Cabaliſticae, ſive decem numerationum, talis eſt.

כתר CORONA

בינה *Intelligentia*	חכמה *Sapientia*
גבורה *Potentia*	גדולה *Magnificentia*

תִּפְאֶרֶת *Decor.*

הוֹד *Maieſtas* נֶצַח *Victoria*

יְסוֹד *Fundamentum*

מַלְכוּת *Regnum.*

Pro גְּדוּלָה/גְּבוּרָה quidam habent פַּחַד *Timor*, חֶסֶד *Miſericordia.* Vide Reuchlin. lib. I, & III. Cabalae, & lib. II de Verbo mirif. cap. 8. In hac arbore, & implicatis eius ramis, tanta anxietate quaerunt lapidem Theologicum Cabaliſtae, quanto ſudore in cineribus perquirunt lapidem philoſophicum Alchimiſtae.

יע"א

In praefatione libri זוהר חדש (continet additamenta ex antiquiſſimis manuſcriptis ad editum Zohar) legitur: אל עיר התחלה והמהוללה שלוניקי יע"א *Ad urbem laudatiſſimam & celeberrimam Saloneki.* & inferius בכ"ק קונסטאנדינא ובכ"ק שלוניקי יע"א *in ſynagoga ſanctu urbis Conſtantinae, & ſynagoga urbis Saloneki.* Sic ſaepius urbis Conſtantinae, ſive Conſtantinopolis, nomini ſubiectum legi. Iudaeus quidam ſuſpicabatur eſſe, יִשְׁמְעֵלִים עוֹבְדֵי אֱלִילִים. quod mihi non addidet. Nam in quibusdam libris legitur ה in fine ע"ה. Sic in libro מחברות עמנואל / ubi ſubiicitur אמן *Amen*, / בקושטנטינא רבתי יע"ה אמן. Unde videtur eſſe euphemia, qualis infra ע"ה. Forte יְרוּם עָלָיו הוֹדָה / vel, יְהִי עִזָּה יְהוֹדָה / vel, אֱלֹהִים.

יצ"ר

יצ״ר ,יצ״ה

יֵצֶר הָרַע *Concupiſcentia mala.* Sic vocant peccatum originale , naturalem hominis in malum inclinationem. Cum articulo ה ab initio, יסיר הקב״ה היצה״ר מאתנו *Auferet Deus ſanctus, benedictus concupiſcentiam malam a nobis.* הט in fine notat הַטּוֹב *Concupiſcentiam bonam*, i. e. adfectum bonum, voluntatem ad bonum tendentem. Id etiam ſine ה in medio ſcribitur יצט/ pro יֵצֶר טוֹב .

יצ״ן

יִשְׁמְרֵהוּ צוּרוֹ וְגֹאֲלוֹ *Cuſtodiat eum rupes eius & redemtor eius.* Rupes, id eſt, Deus, qui ſaepe ſic vocatur , ut in illo : *Quis eſt rupes , niſi Deus noſter?* 2 Sam. XXII, 32. Item יְהוָה צוּרִי וְגֹאֲלִי *DOMINUS rupes mea & redemtor meus*, Pſal. XIX, verſ. ultimo. De pluribus, cum adfixo plurali, יִשְׁמְרֵם צוּרָם וְגֹאֲלָם. Euphemia, quae viventis nomini adponitur. Literam ן quidam explicant וְיַחֲיֵהוּ *Et in vita conſervet eum.*

יצ״ן יפ״ט

Vide paulo ante.

י״קב

יִיחוּד, קְדוּשָּׁה, בְּרָכָה *Unitas, Sanctitas, Benedictio.*

יק״נהז

יק״נהז

יין/קדוש/נרה/בדלה/זמן In libris precum eius usus est. Sunt quinque precatiunculae, *Vinum* id est, *consecratio vini: Sanctificatio*, quod Deus sanctificavit Israelem: *Lucerna*, conservatio luminis vespertini: *Distinctio*, precula nocturna, quod Deus lucem a tenebris distinxit: *Tempus solenne*, consecratio festi solennis.

י״ר

יְהִי רָצוֹן *Sit voluntas*; in libris precum. Vide mox.

יר״ה

יְרוּם הודו *Exaltetur maiestas eius.* Euphemia post regum & principum adhuc viventium nomen usurpata. De urbe vel regina foeminine, יְרוּם הוֹדָהּ.

יר״מ. ירמ״יא. ירמ״ואוא

יְהִי רָצוֹן מִלְּפָנֶיךָ יְהוָה אֱלֹהַי וֵאלֹהֵי אֲבוֹתַי *Sit voluntas coram te, ô DOMINE Deus mi, & Deus patrum meorum!* Interdum quaedam tantum voces abbreviate ponuntur, & pro adfixo pronomine י dicunt etiam נו״. *noster.* Exordium commune precum est.

י״ש. יש״ן

יִמַּח שְׁמוֹ. *Deleatur nomen eius.* Maledictio Iu-

Iudaica eſt, qua non tantum inter ſe in ſuae gentis malitioſos & improbos utuntur, ſed multo maxime in Chriſtianos. Eius rei manuſcripta apud me ſunt Iudaeorum exempla. Altera horribilior eſt, propter perſonam Ieſu Chriſti, in quam potiſſimum directa eſt, pro יִמַּח שְׁמוֹ וְזִכְרוֹ *Deleatur nomen eius & memoria eius.* Ieſum numquam adpellant יֵשׁוּעַ ſed יֵשׁוּ / idque per myſterium huius blaſphemae imprecationis. Fieri poteſt, ut conſuetudo veterum, maxime Babyloniorum, impuriore lingua utentium, (quibus apocopa fuit uſitatiſſima, ut idioma Talmudicum declarat) mutilam pronunciationem יֵשׁוּ primum introduxerit, & inde Apoſtoli & Evangeliſtae dixerint Ἰησοῦς: id tamen non impedit, quo minus poſteriores Iudaei in odium Chriſti diras iſtas ex literis iſtis excogitarint. Immo Elias ipſemet in ſuo Tisbi ſcribit, Iudaeos, quia non fateantur ipſum Salvatorem, ideo nolle eum integre adpellare יֵשׁוּעַ ſed יֵשׁוּ. Adde, quod inter ſe non dicunt *Ieſchu*, ſed *Iſſchu*, ad formam ſuperioris maledictionis tanto propius accedentes. Mihi ante paucos annos hac de re cum quodam Iudaeo conferenti, immo, reſpondit, non ſic tantum explicatur, ſed & יֵשׁוּ שָׁקַר וְתוֹעֶבֶת Quis ad haec toto pectore non exhorreat? & tamen haec dicuntur inter recutitos iſtos, & feruntur, nemine Chriſtianorum ad id advertente. Vixit iſte Iudaeus Francofurti & Hanoviae, ubi anno clɔ lɔcxvɪ

ivit

ivit ad infima terrae. Cum autem mihi horrendam istam vocem proderet, in fide Iudaica vacillabat, minime a fide Christiana alienus, de qua etiam mecum, ut & cum D. D. Amando Polano b. m. aliquoties contulit. Sed לפום ריהטא *cursim*, & in transitu, alia duo arcana ex secreto Cabalae Iudaicae detegam, quae in idem hoc nomen incidunt. Notum est, quod saepius monentur Israelitae in sacris literis, ne colant אֱלֹהֵי נֵכָר *Deos alienos*, vel *Deum alienum*. Quid אלהי נכר? per speciem numeralem Gematriae (de qua supra) hae literae valent cccxvi, totidem valet ישו"ע. Exstat hoc in libello אֲבִקְרַת רוֹכֵל / in fine eius. Docent ergo, dum Deus dehortatur a cultu אלהי נכר/ idem esse, ac si dehortatus fuisset a cultu ישו"ע. En serpentinam malitiam. Alterum detexit iam pridem Antonius Margarita, in libro de Fide & religione Iudaeorum. In libro precum Iudaicarum exstat quaedam precatio, incipiens עָלֵינוּ. In ea verba quaedam sunt, quae olim expresse in libris ponebantur, postea metu Christianorum fuerunt omissa, relicto spacio vacuo, ut monerentur sive, pueri sive adulti simpliciores, ibi aliquid deesse. Verba omissa sunt, הַמִּשְׁתַּחֲוִים לְהֶבֶל וְרִיק וּמִתְפַּלְלִים לְאֵל יוֹשִׁיעַ i. e. *Qui incurvantes se honorem exhibent vanitati & inanitati, & adorant eum, qui non poterit servare.* Haec etsi in genere de idolis dicantur, tamen occulte in Iesum contorta sunt, quem his titulis insigniunt. Nam ריק per Gematriam valet cccxvi, totidem ישו"ע.

Haec

Haec cum intelligere animadverterent Christianos, in libris editis omiserunt. Est penes me exemplar antiquum, in quo expressa sunt: vidi & in Iudaeorum libris calamo adscripta. Hinc satis, ut puto, liquet, quid sibi stolida gens Iudaica conruptione salutaris huius nominis velit. Vindicem experientur aeternum, cuius glorioſi nominis aeternam gloriam, quantum in se, pessumdant.

יש"ו עמ"ה ן

יָבוֹא שָׁלוֹם יָנוּחוּ עַל מִשְׁכְּבוֹתָם הוֹלֵךְ נְכֹחוֹ

Veniat pax, quiescant in cubilibus suis, abeat in rectitudine sua, Iesa. LVII, 2. Euphemia est, qua honeste recordantur defunctorum. Ea R. Iacob utitur in principio suae praefationis in magna Biblia Veneta, tum etiam ad praefationem circa Masoram magnam, & in eiusdem fine. Exstat etiam in titulo libri יעקב אוהל qui est commentarius in librum Ikkarim.

ו"ת

יוֹנָתָן תִּרְגֵּם *Ionathan vertit*. Sic ponunt interpretes, quando eius paraphrasin Chaldaicam, ad alicuius loci explicationem adducunt. Dictus fuit יונתן בן עוזיאל *Ionathan Vzielis filius*. Prophetas Chaldaica paraphrasi explicavit. Paraphrasis ista vocatur תִּרְגֵּם a/ תַּרְגּוּם *interpretari unam linguam in alteram*. Unde & מְתוּרְגְּמָן *Interpres linguae*, quomodo Elias Askena-

kenazi ſive Germanus, Levita, ſuum lexicon Chaldaicum inſcripſit. Fuit, ut ſupra dictum, Hillelis ſenis diſcipulus, unde paulo ante natum Chriſtum floruit. Inter octoginta celeberrimos Hillelis diſcipulos hic Ionathan fuit primus & doctiſſimus, infimus autem Rabbi Ionathan ben Zaccai. Quorum differentia, ut tanto magis innoteſcat, ſubiiciam auctoritatem Talmudicam. Scribitur in *Bava Baſra fol.* 134. & in *Succa fol.* 28. his verbis:

שמונים תלמידים היו לו להילל הזקן
שלשין מהן ראוין שתשרה עליהן שכינה
כמשה רבינו ע"ה ושלשים מהן ראוים
שתעמוד להם חמה כיהושע בן נון
עשרים בינוניים גדול שבכולם יונתן
בן עוזיאל קטון שבכולן רבן זכאי אמרו
עליו על רבן יוחנן בן זכאי שלא הניח
מקרא ומשנה גמרא הלכות ואגדות
דקדוקי תורה ודקדוקי סופרים קלים
וחמורים וגזרות שוות תקופות
וגמטריאות שיחת מלאכי השרת
ושיחת שדים ושיחת רקים ומשלות
שועלים דבר גדול ודבר קטן דבר
גדול מעשה מרכבה דבר קטן הויה
דאביי ורבא לקיים מה שנאמר
להנחיל אוהבי יש ואוצרותיהם אמלא
וכי מאחר שקטון שבכולם כך גדול
שבכולן על אחת כמה וכמה אמרו
עליו על יונתן בן עוזיאל בשעה
שיושב ועוסק בתורה כל עוף שפורח
עליו מיד נשרף / id eſt: *Octoginta diſcipuli fuerunt Hillelis ſeni: triginta ipſorum digni, ſuper*

quos

quos quieſceret divina Maieſtas, ut ſuper Moſe, qui in pace quieſcat: triginta alii digni, quibus ſubſiſteret ſol, ut Iehoſuae filio Nun: viginti intermedii fuerunt, quorum maximus Ionathan Uzielis filius, minimus Rabban Ionachan, filius Zachaei. Dixerunt de hoc Rabban Iochanan, Zachaei filio, quod non intermiſerit Biblia, Miſchna, & Gemara, (id eſt, totùm Talmud, quod tunc diviſim erat hinc inde in ſcriptis libris comprehenſum, nondum autem in unum corpus relatum) *traditiones, enarrationes myſticas, ſubtilitates Legis, argutias ſcribarum, argumentationes a minori ad maius, a paribus, aſtronomica, gematrias*, ſive Cabalam, *conloquia cum angelis bonis & malis, dicteria a dactylis, adagia a fullonibus, proverbia a vulpibus: rem magnam & rem parvam. Magnam, ut opus quadrigarum in Ezechielis initio: minimam, ut factum Abbai & Rabba, ad confirmandum id quod dictum eſt:* (Prov. VIII, 21.) *ut poſſidere faciam amantes mei, ſapientiam, & theſauros ipſorum impleam. Quum ergo minimus ipſorum talis tantusque fuerit, quid de maximo ipſorum cenſendum erit? nam de Ionathane etiam proditum, quod quo tempore ſederet, ac operam impenderet in Lege* (eam Chaldaice transferendo) *aviculae ſuper ipſum transvolantes, momento exuſtae ſint.* Haec ibi.

Quod Prophetas (priores & poſteriores) Chaldaice explicarit, de eo hocce ipſi Talmudiſtae teſtimonium perhibent, quod legitur in tractatu Megilla, cap. 1. fol. 3. 1. his verbis: תרגום של תורה אונקלוס הגר אמרו תרגום

תרגום של נביאים יונתן בן עוזיאל
אמרו ונזדעזעה ארץ ישראל ארבע
מאות פרסה יצתה בת קול ואמרה
מי הוא זה שגילה סתריו לבני אדם
עמד יונתן בן עוזיאל על רגליו ואמר
אני הוא שגיליתי סתריך לבני אדם גלוי
וירוע לפניך שלא לכבודי עשיתי ולא
לכבוד אבא אלא לכבודך עשיתי שלא
ירבו מחלוקת בישראל ועוד ביקש
לגלות תרגום של כתובים יצתה
בת קול ואמרה לו דיך מאי טעמא
מפום ראית ביה עץ משיח Id eſt, *Targum Legis Onkelus proſelytus compoſuit: Targum Prophetarum Ionathan Vzielis filius fecit, & commota fuit terra Iſraelis ad quadringenta uſque milliaria. Tunc egreſſa eſt vox coeleſtis, & dixit: Quis eſt ille, qui revelavit ſecreta mea filiis hominum? Continuo Ionathan Vzielis filius in pedes exſurgens, prolocutus eſt: ego ſum ille, qui revelavi ſecreta tua hominibus. Manifeſtum notumque eſt coram te, quod non honoris mei ſtudio id fecerim, neque propter honorem patrum meorum, ſed propter tuum honorem feci illud, ne diſſenſiones multiplicarentur in Iſraele. Porro cum cuperet quoque manifeſtare Targum Hagiographorum, rurſus egreſſa eſt vox coeleſtis, dicens ipſi: ſufficit tibi. Quamobrem? Propterea, quia revelatur in eis finis Meſſiae* (nempe in Daniele.) Haec ex Talmud. Exſtat quidem hodie etiam Targum in Legem ſub Ionathanis titulo, ſed falſo, quod facile conligitur ex ſtili diverſitate, tum etiam ex admixtis infinitis fabuloſis. Meminit quo-

que

que Exod.XXVI,9. ſex סדרי מתניתא *partium Talmudicarum*, quae ducentis annis poſt Chriſtum natum primum factae ſunt. Vide Druſium in libro *de quaeſtis*, epiſtola 78. Quis Targum in Hagiographa confecerit, incertum eſt, de quo alias. Redeo ad abbreviaturas.

י״ת וי״ת

יִתְבָּרַךְ וְיִתְעַלֶּה Vide ſupra inter abbreviaturas imperfectas.

ית״קק

יְשַׁעְיָהוּ / תְּרֵי עָשָׂר / קִינוֹת / קֹהֶלֶת *Ieſaias*, *Duodecim* (prophetae minores) *Threni*, *Eccleſiaſtes*. Maſorethicum ſignum eſt, quod legitur in fine Koheleth ſive Eccleſiaſtis, docetque, in quatuor iſtorum librorum lectione finali, repetendum eſſe verſum penultimum (male quidam poſuerunt ultimum) melioris ominis cauſa. Nam ultimus verſus in minas triſtes exit, ut Ieſaiae: *& egredientur, videbuntque cadavera hominum illorum, qui defecerunt a me: nam vermis eorum non morietur, & ignis eorum non exſtinguetur, eruntque nauſea omni carni.* Hic ne animus lectoris horribili vaticinio faucius diſcederet, ſtatuerunt repetendum verſum praecedentem, ut, laetiori eius doctrina refocillatus, in meditatione pia confirmaretur. Iſte ſic habet: *eritque de novilunio uno in alterum, ut veniat omnis caro, & incurvet ſe coram me, ait*

Dominus. Duodecim prophetae minores ſic exeunt: *ne veniam & percutiam terram anathemate.* Dirum hoc auditu; repeti ergo debuit praecedens ſententia: *Ecce ego mittam vobis prophetam Eliam, antequam veniat dies* DOMINI *maximus & terribilis, ut convertat cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres ipſorum.* Threni clauduntur: *atqui omnino reieciſti nos, efferbuiſti contra nos admodum.* Triſte hoc: repetendum ergo, *Converte nos* DOMINE *& convertemur: renova dies noſtros, ut temporibus priſcis.* Eccleſiaſtis finis eſt: *nam omne opus Deus adducet in iudicium cum omni re occulta, ſive bonum ſive malum.* Hoc tremendum: repetendum ergo; *Summa omnium auditorum eſt: Deum ipſum reverere, & praecepta eius obſerva, quia hoc eſt totum hominis.* Hanc ob cauſam verſus penultimus, in his quatuor libris ſemper repetitus, textui ſine punctis vocalibus ſubiectus eſt.

ב

כ׳א

בִּי אִם *Sed niſi.*

2. כָּל אֶחָד *Quisque*, unusquisque, unumquodque. Cum ſervilibus, וכ׳א *& in unoquoque* לכ״א ואחד *unicuique.*

3. כֹּה אָמַר *Sic dicit.* Pro כה poteſt etiam dici כֵּן vel כָּךְ & pro אמר pluraliter אָמְרוּ

כא״לש

כא"לש

כָּל אֲשֶׁר לוֹ שָׁלוֹם *Omnibus eius pax ſit.* Pax, id eſt, ſalus, omnes eius domeſticos ſaluto. In epiſtolarum exordiis, tum etiam inſcriptionibus, ea uti ſolent. In fine aliquando additur ר pro רַב *plurima*, aliquando וי"ר pro וְיֶשַׁע רַב *& ſalus plurima*; ubi ſalus idem quod proſperitas. Vide noſtras Epiſtolas Hebraicas.

כא"רזל

כה"א אָמְרוּ רַבּוֹתֵינוּ *Sic aiunt Rabbini noſtri:* ז"ל ſaepe explicatum.

כ"ג

כֹּהֵן גָּדוֹל *Sacerdos magnus*, Pontifex ſummus. Interdum interponitur ה; ut בת של כ"הג *Filia Sacerdotis magni*, Talm. Addunt, כְּנֶסֶת גְּדוֹלָה *Synagoga magna.* Dubito: nam id ſemper obſervavi cum articulo efferri, הַגְּדוֹלָה.

כ"ד

כְּמָא דְאָמַר *Sicut dicit*, ſcil. Scriptura.
כָּל דָּבָר *Omnis res*, omne verbum, omne.

כד"א

כְּמָא דְאִיתְּמַר *Sicut dicitur*, ſcil. in Scriptura. Sic aliquando notatur inſerta litera, כמ"ד. Zohar. vel, כְּדְאָמְרִין *ſicut dicunt*,

aut כְּרָאֲמַרִינָן *ſicut diximus*, & tunc notatur unica tantum virgula ad finem : vel, כְּרָא דְאַתְּ אָמַר *iuxta hoc, quod dicis.*

כרא"ל

כְּמָא דְאָמְרִי *Sicut dicunt*, ſcil. *Rabbini noſtri, fauſtae memoriae.* ר"ל ſaepe expoſitae. כְּמָא idem quod כְּמוֹ.

כ"ה

כֹּהֵן הֶדְיוֹטוֹ *Sacerdos vulgaris*, plebeius, *idiota.* הֶדְיוֹט ex Graeco ἰδιώτης, in Targum & apud Rabbinos omnes, pluraliter הֶדְיוֹטִין & הֶדְיוֹטוֹת.

2. כֵּן הוּא *Sic*, ita eſt. Elias in Fragmentis Tabularum ſcribit, Maſorethas ſic adnotare ad vocem, quae ſpecialem aliquam anomaliam aut formam inregularem habeat in vocali aliqua vel accentu. Adducit duo exempla, ad quae gloſſam Maſorethicam, ut ipſe citat, adiectam non video. Obſervavi autem ſaepe, integre ſcriptum כֵּן הוּא / ut ad vocem הֵן / Gen. XVIII, 18. adnotatum, כן הוא ברגא *Sic eſt cum accentu Darga.* Nam alias כ"ה valet numerum xxv. ut ad vocem וַיֵּשֶׁב Geneſ. XIV, 16. adſcriptum כ"ה / id eſt, xxv locis reperitur.

3. כִּי הֵיךְ *Nam ſic*, quomodo enim. Zohar.

4. כִּסְאֵי הַכָּבוֹד *Solium gloriae.* Cabal.

כה"א

כה"א

כֵּן הוּא אָמַר *Sic ipſe dicit.* Pro כֵּן dicitur & כָּךְ cum ſervili וכ"ה *& ſic ipſe dicit.* Frequens in Medraſch Tillim & aliis Medraſchim.

כה"ג

כְּהַאי גַּוְנָא *Iuxta hunc modum*, & his ſimilia, & id genus alia. גַּוְנָא גַּוְן *color, forma*, modus, ſimilitudo in Targum. Vide & ante in כג. Pro כ inſeparabili, etiam ſeparate uſurpant כי. Sic בי pro inſeparabili ב & די pro inſeparabili ד.

כה"ר

כְּבוֹד הָרַב רַבִּי *Gloria Domini, Domini N.* In titulis praeſtantium Rabbinorum uſurpatur.

כה"תוה"

כָּל הַנְּשָׁמָה תְּהַלֵּל יָהּ הַלְלוּיָהּ *Omnis anima laudet Dominum.* In libris precum.

כ"וו במ"וכס

Non ſunt abbreviaturae, ſed voces ſecretae Cabaliſticae, quae idem valent, quod יְהוָה/אֱלֹהֵינוּ ſumta ſemper poſteriore litera alphabethi pro praecedente, nempe כ pro ו/י pro ו/ה pro ן/ inde כוון idem quod יהוה. Sic בּ pro א/ & ita deinceps. Mentio huius in libro Ikkarim orat. 2. c. 28. circa finem.

כ"וכ

כַּךְ וְכֵךְ *Sic & fic*, ſic, tali modo.
כַּמָּה וְכַמָּה *Tot & tot*, tot, toties.

כ"ום

Vide in עכ"ום.

כ"ז

כָּל זֶה *Totum iſtud*, univerſum hoc.
כָּל זְמַן *Omni tempore*, quamdiu: וכו', &.

כ"י

כְּנֶסֶת יִשְׂרָאֵל *Synagoga Iſraelis.* Apud Cabaliſtas,& ſignificatur per מַלְכוּת

כ"כ

1. כָּל כַּךְ *Vſque adeo*, tantopere, omnino ſic: למה טרח מר כ"כ *Quare laboravit Dominus tantopere?* אינן כ"כ יפה *non eſt tam pulcer.*

2. כָּל כְּדָנָן *Omnia ſicut iſta*, huiusmodi, eiusmodi, omnia talia: וכ"כ *& omnia eiusmodi.*

3. כֵּן כְּתִיב *Sic ſcriptum eſt:* plur. כֵּן כְּתִיבִין *ſic ſcripta ſunt.* Maſorethis frequens, quando vocis alicuius peculiarem formam indicare volunt, ſic cum litera quieſcente, plene vel defective, ſcriptam eſſe.

4. כֵּן כָּתַב *Sic ſcribit.*

5. כָּל כְּתָב *Omnis, univerſa Scriptura.*

כ״ל

כָּל לְשׁוֹן *Omne vocabulum*, omnis dictio. Maſor. Si poſt ל ſit virgula, tunc valet כְּלֹהוֹן *omnia iſta*, ut ſupra in imperfectis abbreviaturis poſitum.

כ״לח

כִּי לְעוֹלָם חַסְדּוֹ *Quia in aeternum miſericordia eius.* In libris precum, ex Pſal. CVI.

כ״לו

כֹּהֵן לֵוִי יִשְׂרְאֵל *Sacerdos, Levita, Iſraelita.*

כ״מ

כְּבוֹד מַעֲלָתֵךְ *Gloria excellentiae tuae*, vel מַעֲלָתָם *excellentiae ipſorum.* Si alia litera ſequatur, tunc in conſtructione dicendum כְּבוֹד מַעֲלַת, ut in ſequentibus. Sic honoris cauſa loquuntur pro *tu, ipſi.* Ad duos vel plures ſi quis ſcribat, uſurpatur לכ״ם quod & proprie valet לָכֶם *vobis*, ſed quia id non eſt honorificum in hac lingua, ideo notatur apicibus, & ſignificat לִכְבוֹד מַעֲלַתְכֶם *Glorioſis excellentiis veſtris.* Addunt aliquando ע in fine, במ״ע.

כמ״ר

כְּמָאן דְּאָמַר *Sicut is qui dicit*, ac ſi quis dicat.

כמ״והרר. כמ״הדר. כמ״הר. כמ״ר
כְּבוֹד מוֹרֵנוּ וְרַבֵּנוּ הָרַב רַבִּי *Gloria doctoris noſtri*

noſtri Domini, Domini N. Hinc reliquae formae patent. Ultimus titulus viliſſimus & communiſſimus eſt, quippe qui plebeiis etiam & indoctis tribuitur, pro כְּבוֹד מַעֲלַת רַבִּי *gloria excellentiae Rabbi.* Pro מוֹרֵנוּ dicitur & Chaldaica forma מָרָנָא וְרַבָּנָא. Praeponitur aliquando ב pro בֵּן vel בַּר *filius.* Poſt כ interponitur & ג pro גְּדוּלַת *magnificentiae*: aliquando ק pro קְדוּשַׁת *ſanctitatis*, aliquando utraque. Ne autem abbreviatura fiat nimis longa, priores voces integre ſcribuntur, uſque ad מוהרר / vel omiſſo ו / מהרר / quae duo communiſſime abbreviate poni ſolent. Hinc in titulo Lexici Talmudici Aruch, auctoris nomen, cum titulis his omnibus magnificentiſſimis, integre legitur. הַגָּאוֹן הָרַב רַבִּי נָתָן הַצַּדִּיק זַ"ל בֶּן כְּבוֹד קְדוּשַׁת מָרָנָא וְרַבָּנָא יְחִיאֵל זַ"ל בֶּן כְּבוֹד גְּדוּלַת קְדוּשַׁת מָרָנָא וְרַבָּנָא אַבְרָהָם זַ"ל *Inluſtris Dominus Rabbi Nathan juſtus, benedictae memoriae, filius honorificentiſſimi & ſanctiſſimi doctoris & Rabbini noſtri Iechielis, fauſtae memoriae, filii honorificentiſſimi, magnificentiſſimi, ſanctiſſimi doctoris & Rabbini noſtri Abraham, fauſtae memoriae.* Dicunt etiam de praeſtantioribus Rabbinis, הַמְּבֹרָךְ הַגָּאוֹן הַגָּדוֹל כה"ר פְּלוֹנִי *Inluſtris, clarus, & magnificus doctor noſter Rabbi N.* Praemittunt etiam omnibus his, אֲרוֹנִי מ"ו *Dominus doctor & praeceptor meus*, ſi quis ſcil. ad praeceptorem ſcribat. En quomodo muli ſe mutuo ſcabunt. Non eſt glorioſior populus ſub coelo, quam

Iu-

Iudaicus, quem Horatius, si nunc viveret, non sesquipedalia, sed decempedalia verba proiicere diceret. Neque tamen semper ita fuit, ut dicam amplius in litera ר in titulo *Rabbi*. *Morenu* Latine est, *doctor noster*: nam מוֹרֶה *doctor*. Hic titulus novus est, infra ducentos annos natus in Germania, inde in Italiam traductus, quod valde miratus fuit Don Isaac Abarbinel, ex Hispania in has terras veniens, ut ipsemet scribit in Commentario in *Pirke Abhoth*, *cap.* 6. Ferunt occasionem huius tituli fuisse consuetudinem Christianorum, qui doctrinae laude excellentes viros suos promoverunt in doctores. Inde Iudaei voluerunt etiam inter se doctores habere, qui supra alios Rabbanim seu magistros eminerent. Sic מוֹרֶה vel מוֹרֵנוּ *Morenu* creatus fuit, qui Rabbi antea erat, ut reliquorum Rabbanim sive magistrorum caput esset, & synagogae rector, praetor ac iudex summus, iudicandi ac puniendi ius habens. Idem usus adhuc hodie inter ipsos durat. Alii dixerunt, caussam fuisse nimis laxam licentiam vulgarium Rabbinorum in dandis libellis repudii. Id ut impediretur, crearunt alios doctores supra Rabbinos, penes quos tantum esset ius concedendi libellos repudii, & si quis repudiasset uxorem, non impetrato libello repudii ab hoc *Morenu*, eius repudium inlegitimum esset. Primi omnium titulo מהר"ר sive *Morenu* creati fuerunt מה"רש & מה"ריל *Maraſch* & *Mabaril*, id est, *Morenu harabh Rabbi Scholam*, & *Mo-*

Morenu harabh Rabbi Iacob Levita, Weilenſis. Mahariſ prioris fuit diſcipulus, & ſcripſit librum ritualem, qui vocatur מנהגי מהריל *Minhage Maharil*, liber rituum Rabbi Maharil. Hic Maharil נתבקש בישיבה של מעלה *requiſitus fuit in coeleſtem academiam*, anno ultimi huius millenarii ſexti, centeſimo octuageſimo ſeptimo, id eſt, Chriſti cIↃ CCCCXXVII. *Tzemach David fol.60.*

כמ"ר

Vide paulo ante in כמ"ן.

כמ"ש

כְּמוֹ שֶׁאָמַר *Sicut dicit:* וכ"מ *& ſicut dicit*; vel שֶׁאָמְרוּ *dicunt*; aut שֶׁנֶּאֱמַר *dicitur*, quod poſtremum uſurpatur, quando dictum Scripturae adlegatur. Adiicitur & ſaepe א in fine. Aliquando כְּמוֹ שֶׁכָּתַב *ſicut ſcribit*, vel כָּתוּב *ſcriptum eſt.* [Interdum, enclitico מן eliſo, ſcribitur כשא addito in fine א ex אָמַר vel אָמְרוּ *dixerunt.*]

כמ"שר

כְּמוֹ שֶׁדָּרְשׁוּ *Sicut exponunt*, ſequi ſolet חכמים *ſapientes*, aut adiecta euphemia ז"ל / quae ſaepius ante explicata.

כמ"שה

כְּמוֹ שֶׁאָמְרוּ הַחֲכָמִים *Sicut dicunt ſapientes.*

כמ"ת

כמ"ת

כְּבוֹד מַעֲלַת תִּפְאַרְתֶּךָ *Gloria excellentiae, decoris tui.* Titulus digniorum: ut, כתבתי לכ"מת *Scripsi excellentiae tuae.* Posterior haec aetas in huiusmodi fatuis honorum condimentis miras delicias quaerit. Iudaei hodie literam ת exprimunt תּוֹרָתוֹ *doctrinae eius.* Inserunt etiam ע/ ut, כמע"ת.

כנ"ל

כֵּן נִרְאֶה לִי *Sic videtur mihi.* Vide נ"ל.

כס"פ

כָּל סוֹפֵי פְּסוּקִים *Omnes fines versuum*, vel singulariter כָּל סוֹף פָּסוּק *omnis soph pasuk*, accentus scilic. versum absolvens. Reperio כל saepius integre scribi. Si כ' separatim, cum virgula notatum, praecedat, tum notat 20. vigesies scilicet versum sic finiri.

כ"ע

כָּל עוֹלָם Talmudice, כּוּלֵי עָלְמָא *Totus mundus:* אכ"ע *toti mundo*, ubi א prius Talmudicis valet, quod ל Hebraeis: דכ"ע *quod totus mundus*, ד pro ש. Talmud: כ"כע *sicut totus mundus, sicut vulgo.*

2. כָּל עִנְיָן *Totus sensus*, omnis significatio, totum negotium, tota materia. Rab.

3. כֹּחַ עֶלְיוֹן *Virtus suprema*, divina & coelestis:

ſtis: vel כֶּתֶר עֶלְיוֹן *corona ſuprema.* Inde apud Cabaliſtas, אין לך עסק בנסתרות הרצון id eſt, *nihil tibi negotii ſit cum occultis*, h. e. cum corona ſuperiore, *& cum Infinito.* Vide א"ס.

כ"פ

2. כָּל פָּנִים *Omnes modi*: בכ"פ *omnibus modis*: מכ"פ *ab omnibus modis* vel partibus: מע"כפ/ id eſt, מעל כל פנים *ſuper omnes modos*: שע"כפ *quod per omnes modos*, omni ex parte, omnino.

2. כִּי פְלִיגִי *Nam diſſentiunt*, contendunt, concertant. Talm.

כ"צ

כֹּהֵן צֶדֶק *Sacerdos iuſtitiae.* Subiici ſolet nomini ſacerdotis pii & iuſti.

כצ"ל

כֵּן צָרִיךְ לִהְיוֹת *Sic neceſſe eſt eſſe*, ſic debet, oportet eſſe. Uſurpant, quando errata librorum corrigunt, aut diverſas lectiones notant. Praefigitur ſaepe ו copula, וכ"צל.

כ"ק

כָּל קְרִיאָה *Tota Scriptura.* Ea ſic vocatur quaſi *lectura*, a קָרָא *legere*: legi enim debet. Maſor.

כ"ש

כ"ש

כָּל שֶׁכֵּן *Quanto magis*, vel *quanto minus*, pro ratione ſenſus : וּמִכ"ש *& quanto magis.*

2. כְּמוֹ שֶׁאָמַר *Sicut dicit*, vel שֶׁאָמְרוּ *dicunt*, vel, כְּמוֹ שֶׁאָמַרְתִּי *Sicut dixi.* Sic ſaepius ſcribitur כמ"ש/ ut ante poſitum.

כ"ת .וכ"ת

כְּבוֹד תִּפְאַרְתְּךָ *Gloria decoris tui.* De pluribus, תִּפְאַרְתְּכֶם titulus honoris, apud Rabbinos vulgaris. וְכִי תֵּימָא *& ſi dixeris.* Talm.

כת"י

כֵּן תִּרְגֵּם יוֹנָתָן *Sic interpretatur Ionathan.* Vide י"ת .

ל

ל"

לֵית *Non eſt*, non exſtat amplius. Sic loquuntur Maſorethae de voce, quae per ſe, vel certa tali forma non amplius, quam ſemel, in Scriptura occurrit. Ad eam notatur in Maſora minori litera ל cum puncto ſuperne. Quando autem vox aliqua triginta locis exſtat, ad eam differentiae cauſa adſcripſerunt integre לָמֶד / pro litera ל numerum denotante. לֵית vox Aramaea eſt, compoſita ex לָא *non*

&

& אית *eſt*, quod idem eſt, quod Hebraeorum יש.

ל"א

לְשׁוֹן אַחֵר *Sermo, interpretatio*, ſignificatio *alia*. Chaldaice לִישָׁנָא אָחְרָנָא.

2. לְשׁוֹן אַשְׁכְּנַז *Lingua Germanica*. Communiter ב praefigitur ב"לא *in lingua Germanica*, Germanice. Utuntur quando Hebraeam vocem Germanice explicant. Askenas filius Gomeri, filii Iaphet, Geneſ. X, 3. Hunc Hebraei faciunt patrem Germanorum, unde אֶרֶץ אַשְׁכְּנַז *terra Germania*, אַשְׁכְּנַזִּים *Germani*: אֱלִיהוּ אַשְׁכְּנַזִי *Elias Germanus*.

לא"א

לַאדֹנִי אָבִי *Domini parentis mei*. Praecedere ſolet בֵּן *filius*. Adiicitur quandoque מ in fine, pro מוֹרִי *Doctoris mei*.

ל"ג

לֵית גִּרְסָא *Non eſt lectio*, doctrina, ſtudium.
לָא גָּרְסִינָן *Non legimus*, diſcimus.

ל"ד

1. Eſt לְדַעְתִּי *Iuxta ſententiam meam*. In Concordantiis Rabbi Nathanis, in rad. שוב / in ſig. 1.

2. לֵית דְּכְוָתֵיהּ *Non eſt, quod ipſi ſimile ſit*, nullum aliud ipſi ſimile occurrit. Maſor.

3. לְמֵבִין דַּי *Intelligenti ſatis*. Saepius inverſo ordine dicunt ד"ל. Vide illic.

לר"א

לר"א

לְרַעַת אוּנְקְלוֹס *Iuxta ſententiam Onkelos.* Hic Legem Moſis paraphraſtice in linguam Chaldaicam tranſtulit , quae paraphraſis vocatur Targum Onkelos. Fuit proſelytus, unde vocatur אוּנְקְלוֹס הַגֵּר . In libro Iuchaſin fol. 52. ſcribitur, quod fuerit filius ſororis Titi Veſpaſiani. Id diſplicet aliis. Poſt Ionathanem vixit, quem tamen putatur puer cognoviſſe. Synchronos ipſi fuit Rabban Gamaliel ſenex , Pauli Apoſtoli praeceptor, qui octodecim annis ante vaſtationem Templi obiit. Omnino & Onkelos creditur eius incendium non vidiſſe.

לר"ע

לְרַעַת אַבֶּן עֶזְרָא *Iuxta ſententiam Aben-Eſrae.*

לר"י

לְרַעַת יוֹנָתָן *Iuxta ſententiam Ionathanis.*

לר"ק

לְרַעַת קְצָת *Iuxta ſententiam quorumdam.* Sic intelligenda haec abbreviatura in concordantiis Hebraicis , ubi occurrit , ut in Radice רעה fig. 3. ad לְהָרַע ex Pſal. XV, 3. & alibi. Volunt etiam eſſe לְרַעַת קִמְחִי *iuxta ſententiam Kimchi*, ut nos antehac ponebamus. Sed nunc id improbamus. Quidam ſuſpicantur, poſſe

etiam quandoque esse לרעת קבלה *luxta Kabbalam*. Prima expositio optima.

ל"ה

לֵימָא הָכִי *Dicendum, dicere sic.* Talm.

לה"ר

לְמָה הַדָּבָר דּוֹמֶה *Cui res haec similis est?* cui adsimilatur. Frequentissimum apud Rabbinos, quando simile aliquod adducunt. Praecedere solet מָשָׁל *simile.* [Exempla eius passim etiam offendes apud Evangelistas. Ita Matth. XI, 16. τινὶ δὲ ὁμοιώσω τὴν γενεὰν ταύτην; ὁμοία ἐστὶ, cetera.]

ל"ז

לָשׁוֹן זֶה *Sermo hic*, vocabulum hoc: והוּא הֵבִיא ל"ז *ipse adducit verba haec.* Usurpant, quando alterius verba inlustrationis caussa adducunt.

לז"א

לְזֹאת אָמַר *Propter hoc*, propterea, idcirco *dicit*, vel אָמְרִי *dicunt*: ולז"א *& idcirco dicit.* [Additur frequenter ז"ל *faustae memoriae*, de qua abbreviatura supra.]

ל"י

לְשָׁנָא יְתֵרָה *Sermo residuus*, doctrina ampliqr.

ל"ק

לו"ק

לִישׁוּעָתְךָ קִוִּיתִי יְהוָה *Salutare tuum exſpectо ô DOMINE*, ex Gen. XLIX, 18.

ל"כא

לָכֵן אָמַר *Idcirco dicit*: vel לָכֵךְ quod idem: cum ſervili ולכ"א *& idcirco dicit.*

2. לְכָל אֶחָד *Unicuique.*

ל"ם

לָשׁוֹן מִקְרָא *Sermo Scripturae*, ſermo Biblicus: vel לָשׁוֹן מִשְׁנָה *Sermo Rabbinicus.* Utuntur, quando vocis alicuius ſignificatum vel ex ſermone Biblico, vel Talmudico aut Rabbinico, declarant, aut ibi ſic uſurpari ſignificant.

למ"ד

לְמַאן דְּאָמַר *Ei qui dicit, is qui dicit.* Praefigitur ſaepe ולמ"ד / ו. Talmudicis uſitatiſſimum.

למ"נם

לְמָאי נָפְקָא מִנָּה *Quid egreditur ex eo, quid inde ſequitur*, quorſum id conducit. Talmud. idem מָאי quod מָה.

ל"נ

לָכֵן נֶאֱמַר vel לָכֵךְ *Idcirco dicitur* vel *dictum eſt*: ו"לכ / &.

לִי נִרְאֶה *Mihi videtur*: ו"לכ *& mihi videtur.*

לע״ר

לְפִי עֲנִיּוּת דַּעְתִּי vel, לַעֲנִיּוּת דַּעְתִּי *Pro paupertate* ſive *tenuitate ingenii* aut *ſcientiae meae.* Rab. Extenuationis ſui cauſa ſic loqui ſolent. Poſtponitur quandoque נ ut, לע״רן ubi נ valet נִרְאֶה *videtur.*

לע״ט

לֵב/עַיִן/טָחוֹל *Cor, Oculus, Lien.* Cum ſervili, אַסְפַּרְגּוֹס לְלַעֵ״ט יָפֶה לְרַמֵּ״ח קָשֶׁה *Aſparagus,* id eſt, vinum aſparagicum, *cordi, oculis, lieni conducit: capiti, viſceribus, poſterioribus, grave eſt.* Apud Talmud. in Berachoth fol. 51. Altera abbreviatura eſt, רֹאשׁ/מֵעַיִם/תַּחְתּוֹנִיּוֹת .

לע״ל

לָעֲתִיד לָבוֹא *Ad futurum venire,* id eſt, in ſeculo futuro. Cum ſervili, ול״ע .

לע״ע

לָעֵ״ת עַתָּה *Ad tempus nunc*, ad praeſens tempus, hoc tempore. In epiſtolis frequens.

לע״ש

לָעֶרֶב שַׁבָּת *Ad veſperam Sabbathi.*

לפ״ל

לֵית פָּלִיג לֵיהּ *Nemo eſt contrarius ipſi*, ne-

mo

mo adverſatur illi, nemo diſſentit ab ipſo, nemo contendit cum ipſo. Talm.

לפ"ק

לִפְרָט קָטוֹן *Ad ſupputationem minorem.* Sic loquuntur, quando annos a condito mundo ponunt, omiſſo numero maiore, ſcilicet millenario: ut שנת תר"ג לפ"ק anno 5603, ſupputationis minoris. [Scribitur etiam לפ"ד: Scilicet ד tum eſt ex הַקָּטוֹן.]

ל"צ

לָא צָרִיךְ / Hebr. לָא צְרִיכָא *Non eſt neceſſe.* Talmud.

ל"ק

לָא קְרִי *Non legitur.* Maſorethae utuntur, quando ſignificant, literam aliquam in voce non legi, & tunc litera iſta additur: ut ל"קא *non legitur* א.

2. לָא קַשְׁיָא *Non eſt obiectio.* Apud Talmudicos, quando quaeſtionem aliquam aut dictum obiectum refutant, quaſi dicerent: Locus iſte non facit contra nos, nihil ad rem facit.

לק"מ

לָא קַשְׁיָא מִידִי *Non adverſatur quicquam,* nulla prorſus obiectio eſt. Talm.

ל"ש

1. לָא שַׁיָּךְ *Non convenit,* non quadrat, inconveniens eſt.

2. לָא שָׁנוּ *Non docent*, vel לָא שָׁנָא *non docet*, vel, *non didicit*, non obſervavit, pro ratione loci. Talm.

לש"ש

לְשֵׁם שָׁמַיִם *Ad nomen Dei*, ad nominis divini gloriam. Rab.

ל"ת

לֹא תַעֲשֶׂה *Non facies*. Sic adpellant Rabbini praecepta, Decalogi ac totius Legis Mosaicae negativa, sive prohibentia: מצוות ל"ת *praecepta prohibentia:* בין עשה בין ל"ל ת *inter praeceptum factivum & non factivum*, id est, iubens & vetans.

ב

מ"א

מִשְׁקָל אֶחָד *Pondus unum*, id est, proportio, forma eadem. Quandoque מִשְׁקָל אַחֵר *Forma alia*. Apud Grammaticos & in Methurgeman Eliae saepe.

2. מִן אֶחָד *Praeter unum*. Praecedit hoc usu ב/ id est, בַּר per pleonasmum: nam במ"א vel בַּר מ"א est *excepto uno*, בר מ"ב *exceptis duobus*. Apud Masorethas, quando unum aut alterum exemplum excipi dicunt.

3. מִדְרַשׁ אַגָּדָה *Commentatio mystica*. *Midrasch* vel *Medrasch* commentarii genus allegoricum & mysticum est. *Aggada διήγησις, narratio, enarratio, ἰσοφικὸν* sive *διηγηματικὸν* exponendi

nendi genus, ab הִגִּיד *narrare, enarrare.* Id multis difficultatibus implicatum eſt: unde אגרה dicitur quaſi ראגה *cura, ſolicitudo*, quam legenti parit. Saepe praecedit ו copula.

מ אֹז

Vide in אז .

מא"ל . מא"לל

מַאי אִיבָּא לְמֵימַר *Quid eſt dicendum?* Quando alterum ל additur, tunc prius ſignificat לְךָ *tibi.* א etiam explicari poteſt אירך.

מִנָּא אָמִינָא לֵיהּ *Unde* vel *inde dicam ipſi.* Talm.

מ"אס

מֵאֵין סוֹף *Abſque fine, infinite.* Aliquando אֵי"ן סוֹף eſt nomen Cabaliſticum Dei, ut ſuo loco dictum eſt.

מאר"זל

מַאֲמַר רַבּוֹתֵינוּ *Oratio magiſtrorum noſtrorum*, &c.

מ"ב

מַעֲשֵׂה בְרֵאשִׁית *Opus creationis.* Sic vocant illud a prima voce libri Moſis, בְּרֵאשִׁית.

[2. מַזָּל בִּישׁ *fortuna mala.*]

מ"בו

מָלֶךְ בָּשָׂר וְדָם *Rex caro & ſanguis*, carnalis

lis, mortalis, qui sic solet opponi regi immortali Deo. Aliquando pro מ scribitur א / ut suo loco dictum.

מב"א

מַתָּן בְּסֵתֶר יְכַפֶּה־אַף *Donum in abdito evertit iram.* scil. Dei, ex Prov. XXI, 14. Id solent inscribere arculae eleemosynariae in Synagogis, quam adpellant קוּפָּה שֶׁל צְדָקָה.

מ"בס

מְנַחֵם בֶּן סְרוּק *Menachem, Seroki filius.* Nomen doctoris cuiusdam Hispani.

מב"ת

מְנֻשִּׁים בְּאֹהֶל תְּבוֹרָךְ *Praemulieribus in tentorio tuo benedicta sis.* Euphemia de mulieribus usurpata ex Iudicum V, 24. q.d. Sis domi tuae omnium mulierum felicissima. [Similis locutio Luc. I, 42. εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξί, *benedicta inter mulieres.*]

מ"ג

1. מַחְזוֹר גָּדוֹל *Cyclus magnus*: apud Astronomos.

2. מָסוֹרָה גְּדוֹלָה *Masora magna.* Cum servili, וב"מג / ב"מג *& in Masora magna.* Aliquando inseritur ס / ut מס"ג. Masora magna dicitur ea, quae Bibliis Venetis maioribus ad finem adiuncta est: Masora parva, quae textui Biblico circumcirca adsperla.

מ"גש

מ"גש

מִגְּרְסַת שְׁמוּאֵל *Ex lectione* vel *doctrina Samuelis.*

מ"ד

מַאן דְּאָמַר *Is qui dicit:* ל"מ *ei qui dicit:* ד"מ *quod* כמ"ד *ſicut is qui dixit.* Talm. Saepe praecedit איכא *eſt*, pro *eſt qui dicit*, eſt auctor aliquis adſerens.

2. מָאי דִּכְתִיב *Id quod ſcriptum eſt.* Uſurpatur quando aliquid ex Scriptura confirmatur, & dictum Scripturae citatur.

3. מַהוּ דְתֵימָא *Id quod dicis*, dixeris, aut dicere vel obiicere poſſis. Talm.

מד"א

מַד דְּאַתְּ אָמַר *Quod autem dicis.*

מד"ח

מַתְחִיל דְּבוּר חָדָשׁ *Incipit ſermo novus*, vel, *ſermonem novum.*

מ"ה

מְאוֹר הַגּוֹלָה *Lumen captivitatis.* Sic vocatur R. Levi Gerſom, qui anathematis poenam conſtituit alienas literas referantibus, ut ſupra diximus. In Globo arcanorum ſcribitur מאורת / quod pravum.

2. מִשּׁוּם הָכִי *Propterea:* ומ"ה *& propterea:* דמ"ה *quod propterea.* Talm.

3. מִדַּת הָעוֹלָם *Proprietas mundi*, mos hominum.

4. מִדַּת הַדִּין *Proprietas*, modus, mensura *iudicii*.

5. מַלְאַךְ הַמָּוֶת *Angelus mortis*.

6. מַלְכֵי הָאוּמוֹת *Reges nationum*, populorum, gentium, Christianorum.

מה"ד

מַתְחִיל הַדִּבּוּר *Incipit sermonem* vel *textum*, initium textus istius.

2. מָה דְּתֵימָא *Quod autem dicis.* Talm.

מ"הם דת"ר

מִנָּא הֵנֵי מִילֵי דְּתָנוּ רַבָּנָן *Unde sunt haeres, quas docent Rabbini?* apud Talmudicos frequens, quando ante dicta amplius confirmare volunt. Posterior abbreviatura saepissime integre legitur scripta Pro priori מ non raro etiam plene est מִנָּא. Altera abbreviatura saepe omittitur. Dicunt & contracte מִנַּהֲנֵי מִלֵּי ,

מה"ראם

מוֹרֵנוּ הָרַב ר' אֱלִיָּה מִזְרָחִי *Morenu noster R. Elias mizrachi*, id est, orientalis.

מה"ריל

Maharil. Vide supra in כמ"והרר.

מה"ר. מן"הרר

Vide in litera כ / quae frequenter praecedit.

מהר"של

מהר"של

מוֹרֵנוּ הָרַב ר' שְׁלֹמֹה לוּרְיָא *Morenu noſter* R. *Salomon Luria.* Inſignis Rabbi fuit, qui complures libros ſcripſit. Literae poſt ר plerumque nomen proprium ſignificant, ut ל pro לֵיבָא *Leo*, מ' pro מָרְדְּכַי *Mordechai* vel *Mardochaeus*, cuius nominis fuit quidam inſignis, qui dictus מרדכי יפרח *Mardochaeus pulcer*: א' pro אליהו, אם pro אפרים *Ephraim*; נ pro נָתָן *Nathan*, cuius nominis celebris fuit שפירא/ id eſt, *Spirenſis*: יב"ח pro יעקב בעל הטורים *Iacob auctor libri Turim.*

מ"ו

מוֹרִי וְרַבִּי *Doctor & praeceptor meus.*

מז"בח

Non eſt abbreviatura, ſed vox ſignificativa מִזְבֵּחַ *Altare*, quam notaricon conſtituunt quatuor ſequentium vocum, מְחִילָה *condonatio*, זְכוּת *meritum* vel *iuſtitia*, בְּרָכָה *benedictio*, חַיִּים *vita.* Meminit Auctor Aruch in litera מ in voce מזבח.

מח"ז

מַאֲמַר חֲכָמֵינוּ *Oratio ſapientum noſtrorum.* ז"ל ſaepe expoſitum.

מח"נ

מח"ן

מְשַׁלֵּם חֲצִי נֵזֶק *Persolvit dimidium damnum.* In Talmud, ubi de damnis agitur, usitatum.

2. מוריס חולתירת גבינרה [*Salmuria, laserpitium, caseus.*] Talm.

מח"פז

מִיתָא חֲמֵשׁ פְּדִיוֹן זָרִים In Gemara variarum rerum, quae hisce verbis indicantur, indices sunt: ut, מ"יתה ח"ומש ואין לה פ"דיון ואסורה לז"רים id est, *Mors: quinta: sed non est ei redemtura, & prohibita est extraneis,* Schab. fol. 25. 1. *Mors,* a Deo specialiter poenae loco inlata: *Quinta,* scil. pars ad cibum sacrum, quem quis per errorem comedisset, addenda, Levit. XXII, 14. &c.

מ"ט

מַה טַּעַם ; Talmudice מַאי טַעְמָא *Quae est ratio, quis sensus?*

2. מַעֲשִׂים טוֹבִים *Opera bona.* למ"ט *ad opera bona.*

3. מַזָּל טוֹב *Fortuna bona,* [sidus faustum. Formula gratulantis, & optantis alteri prosperitatem alicuius rei. Cui opponitur מַזָּל בִּישׁ *fortuna mala.*]

מ"י

מִנָּא יְדִעִינַן *Unde scimus?* Talm.

מִלְחֲמוֹת יְהוָה *Bella DOMINI,* Libri nomen

men eſt, auctore R. Levi Gerſom, qui eum ipſe-met ſaepe citat in ſuis Commentariis.

מ"כ

מַעֲלַת כְּבוֹדְךָ *Excellentia gloriae tuae.* Titulus, quo in tertia perſona aliquem compellant honoris cauſa. Vel, מַעֲלַת כְּבוֹדוֹ *excellentia eius.*

מכ"בי

מִי כָמוֹךָ בָּאֵלִם יְהוָה *Quis ſicut tu inter Deos, ô DOMINE?* Fuit belli teſſera Iudae de familia Haſmonaeorum, felicis ducis bellici, qui inde poſtea dictus fuit מַכַּבַּאי *Machabaeus.*

מכ"ת

מַעֲלַת כְּבוֹד תִּפְאַרְתֶּךָ *Titulus paulo dignior,* quam antea מ"כ.

מ"ל

מִנַּיִן לָנוּ *Unde nobis,* ſcilicet hoc provenit? ומ"ל *& unde hoc nobis,* unde hoc habemus, unde hoc poſſumus ſcire? Talm.

מ"לר"ה

מַלְכוּת הָרִשְׁעָה *Regnum impietatis.* Sic primo regnum Antiochi & Graecorum vocarunt, poſtea etiam ad regnum Romanum traduxerunt, & ſic etiamnum hodie illud vocant. Exempla alias producam: nunc vide tantum Num. XXIV, 24. in Aben-Eſra, & Mich. V. in principio, in R. Salomone. Non obſervavi abbreviate

viate ſic poni : integre ſaepe. Elias mavult מַלְכוּת הָרִשְׁעָה *Regnum impium*, adiective.

מל"הר

מָשָׁל לְמָה הַדָּבָר הַזֶּה *Simile, cui res haec adſimilatur*: quando rem propoſitam a ſimili declarant.

מ"ם

מִכָּל מָקוֹם *Nihilominus tamen*, attamen.

2. מַרְאֵה מָקוֹם *Index loci.* Sic vocant indicem libri, & concordantes Scripturae locos, in margine adductos. [Pro eodem etiam dicunt מוֹרֵה מָקוֹם]

3. מַעֲשֵׂה מֶרְכָּבָה *Opus quadrigae*, de quo in principio Ezechielis. In hoc opere multa myſteria. unde non omnes ad eorum inveſtigationem admittuntur, & qui in eo verſatus aut peritus, non debet id niſi ſenes, pios, prudentes docere. In מעשה מרכבה & מעשה בראשית *Opere creationis* & *opere quadrigarum* totam phyſicam & metaphyſicam conſtituunt.

4. מַאי מַשְׁמַע *Quis ſimplex ſenſus* ? quomodo hoc ſimpliciter & ſecundum literam intelligendum? Rab.

ממ"ה

מֶלֶךְ מַלְכֵי הַמְּלָכִים *Rex regum* בְּהֵיכָלֵי ה"קבה ממ"ה *In palatiis regis regum Dei ſancti benedicti.* In Zohar.

מ"ן

מִנַּיִן נַפְשֶׁךָ *Unde eſt animus tuus?* Unde illud vis aut cenſes ita eſſe? vel, מִמַּה נַּפְשֶׁךָ quod idem, Talm.

מנ"ל

מִנַּיִן נַפְקָא לָן *Unde egreditur nobis id?* unde id conligimus? Saepe adiungitur ן in fine, & cum ſervili ab initio, ומ"נלן. Talm.

מנ"ש

מְשַׁלֵּם נֵזֶק שָׁלֵם *Perſolvit damnum integrum.* Quandoque prima vox integre ſcribitur. In Talmudicis frequens, ubi de inlatis damnis agitur.

מ"ס

מַר סָבַר *Dominus exiſtimat.* Mar honoris nomen, idem quod אָדוֹן ומ"ס *& dominus ſenſit*, huius eſt ſententiae.

מס"ג. מס"ה

Vide ante in מ"ג. Quidam loco ג notant ה pro הַגְּדוֹלָה.

מס"ק

מָסוֹרָה קְטַנָּה *Maſora parva.* Vide ſupra מ"ג.

מ"ע

מִצְוֹת עֲשֵׂה *Praecepta fac.* Sic vocant Praecepta

cepta Legis Moſaicae adfirmativa ſive iubentia, quorum ſunt CCXLVIII, quot ſunt membra corporis humani. Vide ר"מח.

2. מְאוֹר עֵינַיִם *Lumen oculorum.* Nomen celebris libri hiſtorici, chronologica tractantis. Saepe citatur in libro Tzemach David, ut בַּעַל מ"ע *auctor* libri *Meor enaiim.*

מע"ל

מֵעֵת לְעֵת *De tempore in tempus*, continuo.

מע"שי בי"צו

מִגְדַּל-עֹז שֵׁם יְהוָה בּוֹ יָרוּץ צַדִּיק וְנִשְׂגָּב *Turris fortis eſt nomen DOMINI, adipſam adcurret iuſtus, & exaltabitur*, ex Prov. XVIII, 10.

מע"ת

מַעֲלַת תִּפְאַרְתֵּךְ *Excellentia tua.* Titulus, quo honoris cauſa utuntur: ומע"ת/ולמ"ע/רת literam ת etiam communius hodie exprimunt per תּוֹרָתֵךְ vel תּוֹרָתוֹ *doctrinae tuae.*

מ"פ

מְצַע פָּסוּק *Medium verſus biblici.* Maſor.

מפ"רש

[מִפְּנֵי דַרְכֵי שָׁלוֹם *Pacis gratia*, conſervandae cumprimis in commercio converſationeque cum Chriſtianis.]

מפ"רת

מפ"רת

מְפָרֵשׁ רַבֵּנוּ תָּם *Interpretatur Rabbi noſter Tam.* Hic fuit ex celebrioribus Talmudicis doctoribus.

מ"צ

מוֹרֵה צֶדֶק *Doctor iuſtitiae.* Inſigniores Rabbinos & Synagogarum rectores ſic vocant. Sic cum ſervili ab initio, ר"מ ומ"צ *caput Academiae & doctor iuſtitiae*, id eſt, legalis, legum doctor, civilium ſcil. & canonicarum, ſive ſacrarum.

מצ"פץ

Non eſt abbreviatura, ſed nomen Cabaliſticum, per modum commutationis ſecretum אתב"ש *Aibaſch* ſic efformatum, reſpondens nomini יהוה. Vide אתב"ש & confer. Occurrit in precibus priſcorum Hebraeorum, quod imperiti putarunt eſſe nomen alicuius angeli, ut videre eſt in libro Ikkarim Orat. 2. cap. 28. Mentio eius in Zohar, in Bereſchit col. 97. editionis Cremonenſis, & col. 155.

מ"ק

1. מִקְרָא קֹדֶשׁ *Convocatio ſanctitatis*, id eſt, ſancta, coetus ſanctus, celebris feſti ſolennitas.

2. מוֹעֵד קָטָן Nomen eſt tractatus Talmudici, qui abbreviate ſic citari ſolet.

3. מִסְפָּר קָטָן *Numerus minor*: apud Cabal.

4. מַחְזוֹר קָטוֹן *Cyclus minor :* apud Aſtronomos.

5. מָסוֹרָה קְטַנָּה *Maſora parva.* Vide ſupra מ״ג.

מק״מל

Vide infra in קמ״ל.

מ״ר

מִדְּבַר רַבָּא *Gloſſa libri Numerorum magna.* Vide ב״ר.

2. מִדְרָשׁ רוּת *Medraſch*, id eſt, commentarius in hiſtoriam *Ruth.*

3. מוֹרַת רוּחַ *Indicatio ſpiritus.* Id uſurpant de ſpiritu familiari, qui homini cuncta revelat.

4. מֹרַבִּי *A Rabbi* ſive magiſtro ac praeceptore *meo.* Frequens in Toſephos, ſive additionibus Talmudicis, in quarum fine poni ſolet, ad indicandum, auctorem eam doctrinam a ſuo magiſtro habere, iſtius doctrinae auctoritatem non a ſe, ſed ab iſto Rabbi dependere : unde ſubiici ſolet ז״ל *fauſtae memoriae.*

מר״אס

[מֵרִישָׁא אַסוּפָא Chald. vel אַסִּיפָא Hieroſolymitane, *a capite ad calcem capitis.*]

מ״רל

מַה רְצוֹנוֹ לוֹמַר *Quae eſt voluntas eius dicere*, quae mens eius, quid vult dicere? In libro הואיל משה ſaepe obvium.

מ״רעה

מ"רה

מֹשֶׁה רַבֵּנוּ עָלָיו הַשָּׁלוֹם *Moſes praeceptor noſter, qui in pace quieſcat.* Cum ſervili ומר"ה *et*, &c.

מ"ש

1. מוֹצָאֵי שַׁבָּת *Exitus ſabbathi.* Uſurpant, ubi de precibus aut aliis circa finem ſabbathi peragendis, tractant: cum ſervili במ"ש, *in* &c

2. מִי שֶׁאָמַר *Ille qui dicit*; ומ"ש *& ille qui dicit* Formula obiectionis Talmudicae. Alias dicunt מאן דאמר. Item מָה שֶׁאָמַר *id quod dicit*, ſcil. הכתוב *Scriptura*, vel שֶׁאָמְרוּ *quod dicunt*, ſcilic. Sapientes vel Rabbini noſtri: vel, מַה שֶׁכָּתוּב *quod ſcriptum eſt.*

3. מָאי שְׁנָא *Quid docet?* Uſurpant Talmudici, quando doctrinam certam ex praecedentibus eliciunt.

4. מָאי שְׁנָא *Quid alterat*, quid diverſi docet? Talm. מ"ש הכא *quid alterat hic*, quid diverſi docet hic? Frequens in Zohar.

5. מֵאִיר שְׁפִירָא *Meir Spirenſis.* Nomen Rabbini cuiusdam, cuius meminit Elias in Fragmentis Tabularum. Fertur habuiſſe emendatiſſimum exemplar Pentateuchi.

מש"ה

מַהֲלַךְ שְׁבִילֵי הַדַּעַת *Aditus ſemitarum ſcientiae.* Nomen eſt Grammaticae Rabbi Moſche Kimchi, fratris Davidis, ubi etiam abbreviatura ipſa per ſe nomen auctoris indicat.

מש"כ

מַה שֶּׁכָּתוּב כָּאן *Id quod hic ſcriptum eſt.*
מַה שֶּׁלֹּא כֵן *Id quod non eſt ſic.*

מ"ת

1. מַתַּן תּוֹרָה *Datio Legis:* מיום מ"ת *die datae Legis.* In memoriam datae Legis celebrant feſtum quotannis menſe Septembri.

2. מִשְׁנֵה תּוֹרָה *Repetitio Legis*, lex iterata. Sic Deuteronomium vocatur, ut apud Maſorethas Exod. XX. in decem praeceptis, & alias ſaepius.

3. מַכְחִישֵׁי תּוֹרָה *Abnegantes Legem*; apoſtatae.

נ

נ

Nun finale ſive extenſum cum puncto vel virgula ſuperne, nomini alicuius proprio poſtpoſitum, eſt אִבְּן vel אָבְּן / quod ſic Arabum more eſt pro Hebraeo בֵּן *Filius.* Notat autem non proximum filium, ſed nepotem ex familia ſuperiore. Sic R. Abraham Aben Eſra, non Eſrae filius, ſed nepos eſt. Nam pater eius dictus fuit Meir, ut ſupra in א"ע declaratum. Veteres aſpirate legiſſe videntur literam ב/unde אבן רעוס *Averroes*, אבן סני *Avicenna.*

נ"א

נ"א

נֻסְחָא אַחֲרִינָא *Exemplar aliud.* Scribitur & אַחֲרִינָא. Maſorethae utuntur, quando ex alio exemplari diverſam lectionem citant. נָסַח Heb. *evellere* : נֻסְחָא / נוּסְחָא *Exemplar*, tranſcriptum, tranſlatio, dicta quaſi ex alio *evulſa.*

2. נָא אֲדֹנִי *Nunc Domine, quaeſo Domine.* In epiſtolis ſaepe uſurpatur.

נ"ב

נִכְתָּב בְּצִדּוֹ vel בְּצַד *Scriptum erat ad latus eius*, ad marginem eius, iuxta ſcriptum erat. In libello ירושלמי & aliis Criticis ſubinde occurrit, cum ן copula, וּנְב"

נב"ן

[נֵס בְּתוֹךְ נֵס *Miraculum intra miraculum*, h. e. duplex miraculum. Cuiusmodi fuit, quale in tractatu Talm. Peſachim Gabriel, ignis praefectus, patravit tunc, quum Abrahamum, a Nimrodo improbo ardenti iectum fornaci, liberaret, introrſum quidem frigefaciendo, extrorſum vero calefaciendo clibanum. Verba ipſa l. c. damus ex Hebraeo converſa: *Dixit Ierukma, grandinis praefectus: deſcendam, & extinguendo ignem liberabo iuſtum; cui Gabriel: hac ratione nequaquam magnificabitur virtus altiſſimi; quandoquidem omnes norunt, naturam aquae eam conceſſiſſe virtutem. Ego, qui ignis*

praefectus, si id beneficii iusto praestitero, longe evidentius virtus Dei glorioſa eluceſcet. Cui adnuit Deus, & deſcendens ſic fecit, [. חהו שאמרו נב"ן

נר"ח

נְגִינָה דָגֵשׁ חִירֵק */Accentus, Dageſch, Chirek.* Maſor. & Grammat. Tres cauſae ſunt, propter quas Scheva poteſt venire in media dictione ſub litera gutturali. Elias in Cap. Cant. Cant. 7.

נ"ה

נַמִּי הָכִי *Etiam ſic.* Talm. תניא נמי הכי *Traditio etiam ſic habet,* quod reddunt Iudaei: diſcimus ex alia traditione etiam ſic.

נ"ח

נֵר חֲנוּכָּה *Lucerna feſti dedicationis:* מותר להדליק נ"ח מנר חנוכה *Licitum eſt accendere candelam dedicationis Templi, ex candela alia eiusdem feſti.* Superſtitioſa admodum huius lucernae cura eſt.

נח"ש

נְזִיפִי / חֵרֶם / שַׁמָּתָא. Tres ſunt excommunicationis ſpecies, de quibus iam antea.

נ"ט

נוֹתֵן טַעַם *Dat ſaporem*, dat rationem: שגם המלח נ"ט בבשר *quod etiam ſal dat ſaporem carni* נ"ט לשבח *dat ſaporem ad laudem,*

dem, id eſt, laudabilem. In materia ciborum uſurpatur.

נ"ב

נְבִיאִים / כְּתוּבִים / *Prophetae, Hagiographa.* Cum ſervili, ב"נכ *in Proph. & Hag.* Sic ponit Elias. Ego obſervo, etiam integre has voces ſaepe exprimi: vide Exod. XXV, 14. & XXVIII, 36. Geneſ. XLI, 3.

נ"ל

1. נִזְכָּר לְמַעְלָה *Memoratum ſupra:* cum ſervilibus, הנ"ל *qui* vel *quod:* כנ"ל *ſicut.* Pro למעלה dicunt etiam Chaldaice לְעֵיל vel לְעֵילָא. De pluribus, נִזְכָּרִים.

2. נִרְאֶה לִי *Videtur mihi:* ונ"ל *& videtur mihi.*

3. נוּכַל לוֹמַר *Poſſumus, poterimus dicere,* vel נִרְאֶה לוֹמַר *videtur dicendum,* vel לְפָרֵשׁ *exponendum.*

4. נָפְקָא לָן / ſed tum praecedit מְנָא. Vide מנ"ל.

5. נִשְׁמַט לָהֶם *Exciderat ipſis.* In Maſora, ut Ieſa. XXX, ad רהב.

נל"ן

[נוֹסַח לְנוֹסַח *Inter exemplar & exemplar*; quando praecedunt vocabula יֵשׁ חִלּוּק בֵּין *eſt differentia inter,* ſcilicet diverſos codices, quoad lectionem.]

נל"ע

נִרְאֶה לְפִי עֲנִיַּת דַּעְתִּי *Videtur iuxta tenuitatem ingenii*, vel, *ſcientiae meae*. Sic extenuandi cauſa loquuntur, quando aliorum interpretationibus ſuam ſententiam adiiciunt.

נ"מ

נָפְקָא מִנָּא *Egreditur*, conſequitur *inde*: ונ"מ *& ſequitur inde*. Talm.

נ"ן

נַעֲשָׂה נְבֵילָה *Facta eſt cadaver*, id eſt, tamquam caro cadaveris, quae ad eſum prohibita. Utuntur, ubi de carnibus licitis vel inlicitis agunt.

2. נְבוּכַד נֶצַּר *Nevuchadnetzar*, in commentariis in Danielem.

נ"ע

נוּחוֹ עֵדֶן *Requies eius ſit paradiſus*. De mortuis: vel נִשְׁמָתוֹ עֵדֶן *anima eius ſit in paradiſo*. [Vide infra in נת"בע.]

נצ"ב"ה

Sic legitur in Iuchaſin fol. 134. 2. Vide תנ"צב"ה.

נ"ר"ן

נִטְרֵהּ רַחֲמָנָא וּפַרְקֵהּ *Cuſtodiat eum Deus miſericors & liberet eum*. Euphemia de viventibus,

tibus, in titulis librorum [& epiſtolis] uſitatiſſima, maxime Iudaeis Italis, pro qua magis communiter uſurpatur ab aliis יצ״ו/ quam vide ſuo loco.

נ״ש

נֵזֶק שָׁלֵם *Damnum integrum.* Opponitur ipſi חֲצִי נֵזֶק *dimidium damni.* Vide מ״נש.

2. נְוֵה שָׁלוֹם *Habitaculum pacis.* Libri celebris nomen eſt, qui ſaepe citatur in libro Caphtor. Auctor eius R. Abraham Schalom.

נש״גן

נִדָּה, שִׁפְחָה, גּוֹיָה, זוֹנָה *Menſtruata, Ancilla, Gentilis,* ſive Chriſtiana, *meretrix.* Cum tali prohibitum Iudaeo miſcere concubitum. Pro ג ſcribunt interdum כ pro כּוּתִית *Cuthaea,* Samaritana, qua nihilominus גּוֹיָה *Gentilem* & Chriſtianam intelligunt. Pro ז ſcribitur etiam א/ id eſt, אשו״ת/ vel א״א/ id eſt, אֵשֶׁת אִישׁ *adultera.* Vide Sanhedrin fol. 82. 1.

נש״ר

נַפְתָּלִי שְׂבַע רָצוֹן *Naphtali fatur benevolentia:* ſcil. Dei, Deut. XXXII, 23. In vexillo tribus Naphtali ſignum militare fuit.

נ״ת

נְתִינַת תּוֹרָה *Datio Legis:* ב״נת *in datione Legis.* Idem per מ״ת indicant, ut ſupra poſitum.

נת"בע

נוּחָתוֹ תְּהֵיֶה בְּגַן עֵדֶן *Requies eius sit in Paradiso.* Pro prima voce dicunt etiam נַפְשׁוֹ *anima eius.* De piis defunctis sic loquuntur. Exstat in titulo libri עַמּוּדֵי גּוֹלָה .

ס

ס׳

סְתוּמָה *Clausum.* Id denotat ס in V libris Mosis , quod ibi minus spatium esse debeat, quam ubi ponitur פ. Vide פ"ס.

2. סִימָן *Signum.*

3. סֵפֶר *Liber*, quando plures libri de eadem materia sunt scripti , quos tamen communius vocant חֲלָקִים *partes.*

ס"א

1. סֵפֶר אַחֵר *Liber alius*: בס"א *in libro alio.* Pluraliter , סְפָרִים אֲחֵרִים Usurpant, quando diversam lectionem ex aliis libris adducunt. Cum ב servili , בס"א *in libris aliis.* Et cum ו copula וב"סא *& in libris aliis.*

2. סִבָּה אַחֶרֶת *Causa prima.* Sic א est litera numeri & ס"ב *causa secuuda.*

3. סִימָן אַחֵר *Signum aliud.* Apud Masorethas, ut in fine libri Numerorum.

סא"א

סְפָרִים אֲחֵרִים אֵינוֹ *Libri alii id non habent.* Cum ב ſervili, בס"א *in libris aliis illud non eſt.* Critici utuntur.

ס"ג

סוֹף גְּמָרָא *Finis Gemarae* : בס"ג *in fine Gemarae.* Talmud Iudaici partes duae ſunt : prima dicitur מִשְׁנָה & Talmudice מַתְנִיתָא vel מִתְנִיתָא *Lex iterata.* Nam Lex Moſis hic repetita, & plenius per traditiones orales explicata eſt, quas noſtri Patres vocarunt δευτερώσεις. Haec pars fundamentum & textus eſt totius Talmud. Cum autem de his Miſchnaioth variae in Babylonia eſſent ſententiae, diſputationes, altercationes & rixae, eae etiam tandem fuerunt ſcriptis comprehenſae, & in unum corpus relatae. Miſchnaioth ſemper praecedunt, diſputationes doctorum unicuique Miſchnae ſive traditiones ſunt ſubiectae, quae dicuntur גְּמָרָא / & hinc altera pars Talmudis. Eſt autem Gemara, quaſi dicas *Complementum, deciſio* : quae enim in Miſchnaioth videbantur manca, obſcura, dubia, ea a doctoribus variis fuerunt completa, explicata, deciſa.

2. סוֹד גָּדוֹל *Secretum magnum*, 1. Sam. III, 10. in Maſora.

ס"גל

סֵגֶן לְוִיָּה *Antiſtes Leviticus.* In titulis uſurpant.

ס"ד

ס״ר

סְלָקָא דַעְתָּךְ *Aſcendit in mentem tuam?* putaſne? eſt ne mens tua? fortaſſe putas? Praecedit ſaepe litera ק/ & ſeparatim קָא/ *quodſi exiſtimes*, ſi forte putas. Alioqui קא fere expletiva tantum particula eſt. Utuntur autem Talmudici, quando per praeoccupationem aliquid amoliri volunt. Cum ſervili, וק״ס.

2. סוֹף דָּבָר *Finis rei*, denique, poſtremo.

3. סַיְעָתָא דִשְׁמַיָּא *Auxilio Dei.* Cum litera ſervili ב ſic eſſe ſolet, בס״ד/ *per, cum auxilio divino.* Coelum pro Deo apud Rabbinos familiare.

סר״א

סְלָקָא דַעְתָּךְ אָמִינָא *Aſcenditne tibi in mentem, quaſi dicam?* putasne me dicere? Talm.

ס״ה

סַם הַמָּוֶת *Venenum mortis*, mortiferum, lethale.

סַךְ הַכֹּל *Summa omnium*, ſumma ſummarum.

ס״הב

סֵפֶר הַבָּהִיר. Liber Cabaliſticus, qui manuſcriptus tantum inter Iudaeos habetur, antiquitatis primae. Auctor eius Rabbi Nechonia ben Hakkana, qui circa tempus Ionathanis Uſielidis vixit, ante natum Chriſtum non admodum multis annis. Sic abbreviate citari, non memini me legere.

ס׳הד

ס"הד

סוֹף הַדִּבּוּר *Finis ſermonis* vel *textus huius.*

ס"הז

סֵפֶר הַזֹּהַר *Liber Zohar.* In Zohar Mantuano reperi abſque ז in fine, ובס"ה *& in libro Zohar*, pag. 1. Non male additur ז.

ס"ח

סַם חַיִּים *Aroma vitae*, vitale, ſalutare.

ס"י

סֵפֶר יְצִירָה *Liber creationis.* Liber Cabaliſticus omnium celeberrimus, cuius auctor effingitur Abraham Patriarcha.

2. סֵפֶר יָשָׁן *Liber antiquus.* Cum ב ſervili ב"סי *in libro antiquo.*

ס"ל

סְבִירָא לֵיהּ *Videtur ipſi*, opinio eſt ipſi, opinatur, vel סָתוּר לֵיהּ / vel לִי *mihi* : ד"סל *quod, quia opinatur.* Pro לֵיהּ pluraliter etiam dici poteſt לָן *nobis*, לְהוֹן *ipſis.*

ס"ם. ס"מג

סֵפֶר מִצְוֹת גָּדוֹל *Liber praeceptorum magnus.* Auctor eius R. Moſche Mikkotzi, qui floruit circa annum Chriſti milleſimum ducenteſimum quadrageſimum.

ס"מי

ס"מי

סֵפֶר מִלְחֲמוֹת יְהוָה *Liber bellorum DOMINI.* Vide ſupra in מ"י .

סמ"ק

סֵפֶר מִצְוֹת קָטוֹן *Liber Praeceptorum minor.* Proprio titulo vocatur עַמּוּדֵי גוֹלָה *Columnae captivitatis.* Auctor eius R. Iſaac Corbelenſis.

ס"ס

סוֹף סוֹף *Finis*, *Finis*: Rabbini utuntur pro tamdem, nihilominus.

2. סָפֵק סְפֵיקָא *Dubium dubii*, dubium ex altero dubio inlatum, inſtantia ad obiectionem dubiam. In libro *Schaare dura* obvium.

3. סוֹף סִימָן *In fine capitis.* Sequi ſolet numerus capitis. apud Maſorethas.

ס"ע

סֵדֶר עוֹלָם *Seder olam*, ordo mundi. Liber eſt, complectens chronologiam ſacram Hebraeorum. Eſt autem duplex; unus, סֵדֶר עוֹלָם רַבָּא *Chronologia maior*; alter סֵדֶר עוֹלָם זוּטָא *Chronologia minor.* Citari ſolet, ubi chronologica tractantur.

[2. סוֹד עִבּוּר *Myſterium intercalationis*; aliquando etiam cum articulo סוֹד הָעִבּוּר .]

ס"פ

ס"פ

סוֹף פָּסוּק *Sophpaſuk, finis verſus.* Maſorethae ſic etiam vocant accentum, qui quemlibet verſum Biblicum finit, & Grammaticis etiam *Silluk* vocatur. Pluraliter סוֹפֵי פְסוּקִים. Prioris uſu legitur Ieſaiae LVII, 3. ubi ad vocem וְתִזְנֶה notant, ב' א' ר"פ ו'א ס"פ id eſt, *Bis exſtat: ſemel eſt initium verſus, & ſemel finis verſus.* Pluraliter ad אֲנִי יְהוָה אֱלֹהֵיכֶם Levit. XVIII, 4. adſcriptum, כ"ב ס"פ בסופ' id eſt, *viginti duo fines verſuum ſunt*, hoc eſt, viginti duobus locis haec vocabula coniuncta, verſum in hoc libro finiunt.

2. סוֹף פֶּרֶק *Finis capitis:* ב"כפ *in fine capitis*, וס"פ *et*, &c.

ספ"ק

סוֹף פֶּרֶק קָמָא *Finis capitis primi:* וב"ספק *in fine capitis primi.*

ס"ר

סְבָרָה רִאשׁוֹנָה *Cauſa prima.* [vide etiam in ס"א.]

סר"נך

סְמִיכוּת/רַבּוּי/נְקֵבָה/בִּנְיַן/ *Regimen, pluralis numerus, femininum genus, adfixio pronominum.* Quatuor ſunt cauſae mutationis vocalium apud Grammaticos, quae ſic abbreviate indicari ſolent.

ס"שר

ס"שר

סֵפֶר שְׁמוֹת רַבָּא *Gloſſa magna in librum Exodi.* Vide ב"ר.

ס"ת

1. סֵפֶר תּוֹרָה *Liber Legis:* בס"ת *in libro Legis*, ולס"ת *ad*, מס"ת *ex*, כס"ת *iuxta.* Pluraliter מַפְקִין בְּכָל ס"ת *producunt omnes libros Legis*, ubi ס exprimendum סִפְרֵי.

2. סִתְרֵי תוֹרָה *Arcana, myſteria Legis.*

3. סֵפֶר תְּרוּמָה Nomen celebris libri eſt, qui agit de ritibus, de licitis & vetitis, aliisque ſimilibus.

4. סוֹף תֵּיבָה *Finis dictionis:* plur, סוֹפֵי תֵּיבוֹת, *Fines dictionum.* Maſor.

סה"ר

סוֹף, תָּוֶךְ, רֹאשׁ *Finis, medium, principium.* Cab.

ע

ע׳

עַמּוּד *Columna*, pagina libri.

ע"א

1. עִנְיָן אַחֵר *Res, ſignificatio alia*, & ו"עא *ſignificatio alia.* Saepe ſic in libro Radicum R. Davidis, & in Commentariis.

2.

2. עֲבוֹדַת אֱלִילִים *Cultus idolorum*, idololatria. Eſt & in Talmud tractatus integer inſcriptus ע״א interdum eſt עוֹבְדֵי אֱלִילִים *Cultores idolorum*, idololatrae. Eo titulo ſolent Chriſtianos intelligere, quod inter ipſos, quaſi ſolos, qui Deum verum cognoverunt, idololatria vigeat. Legitur & in Targum Ionathanis & Hieroſol. Gen. XV, 11.

עא״כ

עַל אַחַת כַּמָּה וְכַמָּה *Quanto magis.* Argumentandi locutio eſt a minori ad maius, q.d. Si de uno id verum eſt, quanto magis de tot & tot, id eſt, de pluribus. Interdum apud Talmudicos ſimpliciter legitur על אחת כמה, ut in Sanhed. fol. 107. col. 1.

ע״ג

עַל גַּב/עַל גַּבֵּי *In ſuperficie*, ſuper, ſupra ע״ג קרקע *ſupra pavimentum.*

ע״ד

1. עַל דֶּרֶךְ *Per viam, modum*, rationem: ע״ד הפשט *iuxta ſimplicem* & literalem *ſenſum.*

2. עַל דְּבַר *Propter*: ע״ד הכתוב *propter id, quod ſcriptum eſt.*

3. עַל דָּא *Super hoc*, propter hoc, propterea: in Zohar. Cum litera ſervili ו״ע״ד .

4. עֲנִיוּת דַּעְתִּי . Vide ſupra לע״ד.

[5. Cabaliſtis ſymbolicis literae ſunt *σημαντικαὶ* (ad iuvandam memoriam adinven-

tae) dictionis עֵד *testis*, iunctae ex finalibus maiusculis in שמע & אחד dicti: *Audi Israel, Dominus Deus noster Deus unus est* Deut. VI, 4. quarum literarum combinatione Mosen Israelitas testes adpellare voluisse arbitrantur, se eos de unico, vero, aeterno, & quatuor mundi plagis imperante Deo iterato ac serio monuisse, Deut. XXXI, 21. Cuiusmodi symbolorum ex finalibus dictionum litteris haud raro alia in Iudaeorum Kabbala exstant exempla. Sic ex iunctis כופי תיבות dictionum ברא אלהים לעשות Gen. II, 3. resultat vocula אֱמֶת *veritas*, secundum illud Psalmi CXIX, 160. *caput vel initium verbi tui est veritas.* Ita ex initialibus Genes. XXII, 8. אלהי יראה לו Symbolice conligunt nomen victimae, ab Abrahamo Isaaci loco Deo oblatae, quae איל i. e. *hircus* fuit, cetera.

ער"ה

עַל דֶּרֶךְ הָאֱמֶת *Per rationem veritatis*, vere, proprie sic loquendo.

2. עַל דֶּרֶךְ הַמִּדְרָשׁ *iuxta sensum Medrasch*, id est, allegoricum.

[3. עַל דֶּרֶךְ הַמִּקְרָא *Iuxta sensum Scripturae.*]

ער"ז

עַל דָּבָר זֶה *Propter rem hanc*, propterea. Rab. Cum servili, וע"ד *& propterea.*

ער"ם

ער"ם

עַל דֶּרֶךְ מָשָׁל *Per viam parabolae*, exempli cauſa.

2. עַל דְּבַר מָה *Propter rem aliquam*, de re quapiam, propter quam rem?

ער"ש

עַל דֶּרֶךְ שָׁלוֹם *Pacis cauſa.*

ע"ה

עָלָיו הַשָּׁלוֹם *Super eum ſit pax*, in pace quieſcat. De pluribus, עֲלֵיהֶם. De hominibus ſanctis, prophetis, patriarchis & regibus Iſraelitis communiter uſurpatur. At R. David Kimchi in libro שרשים *Schoraſchim*, in Radice אור/ de patre ſuo uſurpat, dicens: ואדני אבי ע"ה פירש *Et dominus pater meus, qui in pace quieſcat, ſic explicat.* R. Abraham, auctor libri *Zeror hammor*, in Paraſcha וַיַּקְהֵל in principio, Rabbinis ſuis attribuit, ſcribens: רבותינו ע"ה אמרו *Rabbini noſtri, qui in pace quieſcant, aiunt.* In principio libri Numerorum, רבותינו ע"ה נתנו טעם *Rabbini noſtri* ע"ה *dant rationem.* In libro *Reſchith chochma* ſaepe de R. Schimeone ben Iochai dicitur. Maiemon l. 1. cap. 2. אונקלוס הגר ע"ה *Onkelos proſelytus bonae memoriae.* Haec tamen non ſunt de communi uſu.

2. עִנְיָן הַזֶּה *Negotium hoc*, materia haec: apud Grammaticos & Commentatores.

3. עוֹלָם הַזֶּה *Mundus hic*, ſeculum hoc. Si ita ſumatur, tunc praecedere ſolet integre עוֹלָם הַבָּא *ſeculum venturum*. E contrario, ſi integre praecedat, עוֹלָם הַזֶּה, tunc ע"ה valet עוֹלָם הַבָּא. Alias diſtinctionis cauſa literae ה & ב id fine addi ſolent, ut mox videbitur.

4. עוֹלָם הַנְּפָשׁוֹת *Seculum animarum.*

5. עֵין הַקּוֹרֵא *Oculus lectoris.* Libri nomen eſt, ut ſupra poſitum In יה"בי.

6. עַם הָאָרֶץ *Populus terrae*, idiota, plebeius, unde dicunt: ת"ח אל ישא בת ע"ה *Diſcipulus ſapientis ne ducat filiam idiotae.*

עו"הב . עה"ב

עוֹלָם הַבָּא *Seculum venturum* aut *futurum:* Cum articulo הע"הב; item שהע"הב *quod ſeculum futurum*, בהע"הב *in ſeculo futuro*, &c.

עו"הז . עה"ז

עוֹלָם הַזֶּה *Mundus hic*, ſeculum hoc: מהע"הז *ex ſeculo hoc.*

ע"ז

1. עֲבֹדָה זָרָה *Cultus alienus* ſive *extraneus*, idololatria. Eſt & tractatus Talmudicus ſic adpellatus. Synonima ſunt, עֲבוֹדַת אֱלִילִים & עֲבוֹדָה זָרָה.

2. עַל זֶה *De hoc*, ſuper hoc, propter hoc, propterea.

3. עִם זֶה *Cum hoc.*

4. עִנְיָן זֶה *Res haec:* ut, לרמוז על ענין זה

זֹה שכתוב *Vt indicium daret ſuper rem hanc, de qua ſcriptum.*

ע"ז א

עַל זֶה אָמַר *Propter hoc dicit*, ſcil. Scriptura:
שע"ז א *quod ſuper hoc dicit* Scriptura.

ע"ן

עַל זֶה נֶאֱמַר *Super hoc*, dè hoc *dicitur*, aut *dictum eſt*, ſcil. in Scriptura.
עוֹד זֶה נִקְרָא *Praeterea hoc vocatur*. Cabal.

ע"ח . ע"זה

Legitur in notis Maſorethicis in fine libri Levitici. Priores duae literae numerum tammodo ſignificant , nempe 78, quot ſunt verſus ultimae iſtius libri Paraſchae, ſive ſectionis. Eumdem numerum ſolent aliquo nomine proprio exprimere, tamquam ſymbolo notiore. Pro eo prave in una editione Veneta ſcriptum eſt ע"זה/per ה/quod debebat eſſe א. Nomen enim illud proprium dupliciter in Bibliis ſcriptum legitur, עֻזָּא *Uzza*, 1 Paralip. XIII, 9. & עֻזָּה / 2. Sam. VI, 3. Legi ergo hic debet ע"זא / & ſic erit idem numerus, qui literarum praecedentium ע"ח. Uzza autem iſte fuit is, qui arcam tetigit per imprudentiam, unde morte adfectus fuit a DOMINO,

ע"י

עַל יְדֵי *Per manus*, opera, per. Manus voca-

bulum frequentiſſime in hac locutione uſurpant, quod manus commune ſit agendi inſtrumentum. Cum ſervilibus וע"י *& per*, מע"י *quam per manus*, שע"י *quod per*, &c.

2. עֵין יַעֲקֹב Libri nomen eſt, qui & עֵין יִשְׂרָאֵל & ſaepe ſic citatur in Caphtor.

ע"ט

עֶרֶב יוֹם טוֹב *Veſpera diei feſti.* Cum ſervilibus, בע"ט *in*, לע"ט *ad*, מע"ט *a veſpera diei feſti.*

ע"מ

עַל יְדֵי מוּקְדָּם *Per manus primi*, ſcil. nuncii, tabellarii, per primum, per primam occaſionem. In epiſtolis frequens.

ע"כ

1. עַל כֵּן *Ideo*, igitur, idcirco.

2. עַד כַּאן *Hucusque*, hactenus. Vide mox עכ"ד.

3. עֲבוֹדַת כּוֹכָבִים *Cultus ſtellarum*, idololatria. Hinc in Miſchna Talmudica, בָּרוּךְ שֶׁעָקַר ע"כ מֵאַרְצֵנוּ *Benedictus ſit, qui exſtirpavit idololatriam ex terra noſtra*: Berachoth cap. 9.

4. עַל כָּרְחוֹ *Per coactionem eius*, invito eo, nolit velit. Praecedere ſolet ב/ ut בע"כ. Vel, כָּרְחִי *invito me*, ut כָּרְחֲךָ *invito te.*

עכ"ד

עַד כַּאן דְּבָרָיו *Hactenus verba ipſius.* Poſt citata

tata alterius auctoris verba usurpare solent, & ד compendii causa saepe omittitur.

2. עַל כְּלָא דָא *Praeter haec omnia*, super omnia haec, de omnibus his. Zohar.

עכ"ום

עוֹבְדֵי כּוֹכָבִים וּמַזָּלוֹת *Cultores stellarum & planetarum.* Sic olim gentiles, omni veri Dei cognitione destitutos, vocarunt, nunc etiam eodem Christianos intelligunt, non ut stellarum, sed idolorum cultores. Pro eodem dicunt ע"א/ut supra positum, item ע"ז/ut mox sequitur. Cum servilibus, עכ"ו שיברולם התורה מהע"כום *quos distinxit per Legem ab idololatris*: בע"כום/לע"כום/&c. Aliquando primae literae vox integra ponitur, hoc modo עוֹבְדֵי כ"ום [Sed & Iudaei, vaferrimi nebulones, ut acerrimum suum in Christianos odium prodant, כ in hac abbreviatura legunt כְּרִסְטוֹס & מ מְרְיָם; atque adeo עכ"ום exprimunt per עוֹבְדֵי כְּרִסְטוֹס וּמְרְיָם *cultores Christi & Mariae.*]

עכ"ז

עִם כָּל זֶה *Cum toto hoc*, etsi totum hoc ita sit, tamen, attamen, nihilominus. Frequenter praecedit ו / וע"כז.

עכ"ל

עַד כָּאן לְשׁוֹנוֹ *Hucusque, hactenus verba eius.* Sequitur saepe nomen eius, cuius verba cita-

ta ſunt , & tunc ſine pronomine legendum לְשׁוֹן .

עכ"פ

. עַל כָּל פָּנִים *Per omnes modos*, omnibus modis, omnino.

2. עַד כַּאן פֵּירוּשׁוֹ *Hucusque expoſitio eius.* Si ſequatur nomen interpretis , tunc legendum פֵּירוּשׁ vel פֵּירֵשׁ .

ע"ל

עַיֵּן לְעֵיל Vide ſupra. לְעֵיל Chaldaicum eſt, pro quo etiam dicitur לְמַעְלָה . Uſurpant, quando lectorem alio ablegant.

ע"מ

עַל מְנַת *Per conditionem*, a lege vel conditione, propterea , eo ut: ut, לִלְמוֹד ע"מ לְלַמֵּד *diſcendum, propter docendum* , diſcendum nobis eſt eo fine, ut aliquando alios doceamus.

2. עַל מִשְׁקָל *Ad pondus*, id eſt, modum, formam, rationem.

3. עַוֶּל מִשְׁקָל *Perverſus abominabilis* , vel , *perverſitas deteſtanda.* Unde Mercerus hanc habeat, neſcio. Ego putarim explicandum עול *puer*, &, niſi fallor, in ipſorum Machſor hanc locutionem legi, in qua deteſtanda latet fraus Iudaica, quam detegam alias, ſi D. v.

4. עֲשֶׂרֶת מַאֲמָרוֹת *Decem verba* , decem praecepta.

עמ"א

עמ"א

עַל מִשְׁקַל אַחֵר *iuxta formam aliam.* Gram.

ע"מי ע"שו

עֶזְרִי מֵעִם יְהוָה עֹשֵׂה שָׁמַיִם וָאָרֶץ *Auxilium meum a DOMINO, qui fecit coelum & terram*, Pſal CXXI, 2. In initiis librorum poni ſolet.

עג"ג

עֵדֶן נָהָר גַּן *Deliciae, fluvius, hortus.* Eſt Notaricum vocis עֹנֶג *Voluptas*, qua periphraſtice ſignificatur Paradiſus, ubi vera voluptas.

ע"נ

[עָנִי *Pauper.* Vocula technica, qua tres Talmudis tractatus, reliquis difficiliores, indicatos volunt; ſcilicet עֵרוּבִין *de terminorum Sabbathicorum commixtionibus*, נִדָּה *de menſtruata muliere*, & יְבָמוֹת *de iure leviratus.*]

ענ"ל

עִנְיָן נִזְכָּר לְמַעְלָה *Res commemorata ſupra.*

ע"ס

עֵט סוֹפֵר *Stilus Scribae.* Nomen libri eſt, cuius auctor R. David Kimchi, in quo de Maſora & accentibus. Meminit eius Elias in Fragmentis Tabularum.

2. עֶשֶׂר שְׁפִירוֹת *Decem numerationes.* Cabal. Vide in ſupra in יס .

ע"ע

עֶבֶד עִבְרִי *Servus Hebraeus.* Uſurpant, ubi de ſervorum iure agunt.

עע"א

עוֹבְדֵי עֲבוֹדַת אֱלִילִים *Cultores cultus idolorum*, idololatriae.

עע"ז

עוֹבְדֵי עֲבוֹדָה זָרָה *Cultores cultus extranei*, idololatrae. Utraque hac locutione Chriſtianos inprimis intelligunt.

ע"פ

עַל פִּי *Iuxta os*, iuxta praeſcriptum, ſententiam, mandatum, modum, formam. Si praecedat אַף tum coniunctim ſumuntur. Vide ſupra in אע"פ.

2. עֲשָׂרֶת פְּעָמִים *Decem vicibus.*

3. עֶרֶב פֶּסַח *Veſpera Paſchatis*, בערב פסח *in veſpera Paſchatis.*

ע"צ

עַל צַד *Ad latus*, iuxta, per, prope, ex parte: ע"צ הַחִיוּב *per conſequentiam*, ע"צ הַשְׁאֵלָה *per interrogationem.*

עוֹבְדֵי צְלָמִים *Cultores imaginum.*

ע"ק

ע"ק

עוֹד קָשֶׁה *Praeterea difficile eſt*, alia obiectio eſt, amplius quaeri vel obiici poteſt: וע"ק.

ע"קל

עוֹד קָשֶׁה לִי *Amplius difficile mihi eſt*, alia obiectio oritur mihi.

ע"ש

עֶרֶב שַׁבָּת *Veſpera ſabbathi*: בע"ש *in*, ומע"ש ולע"ש.

2. עַיֵּן שָׁם *Vide illic.* Uſurpant, quando lectorem alio remittunt.

3. עִם שָׁלוֹם *Cum ſalute.* Vide Epiſtolas noſtras Hebr.

4. עַל שֵׁם *Propter, propterea, eo quod, ob id.* Id Chaldaice dicitur על שום: ut מ"ש עַל *propter quod*, qua de cauſa?

5. עוֹד שָׁם *Praeterea ibi*, ſcil. כָּתוּב *ſcriptum eſt*, נֶאֱמַר *dicitur*, quae verba ſequi ſolent, aut ipſis ſimilia.

עש"ה

עַל שֶׁמַּע הַפָּסוּק *Iuxta ſenſum verſus Biblici iſtius.* Rab. Utuntur, quando aliquid loco expreſſo Scripturae probant.

עש"ן

עוֹלָם, שָׁנָה, נֶפֶשׁ *Mundus, Annus, Anima.* Rab.

ע"ת

ע"ת

עַל תְּנַאי *Cum conditione*, conditionaliter.

פ

פ'

פֶּרֶק *Caput*, libri ſcil. בפ' ג' *in capite tertio*: ובפ' *& in capite*: plur. פְּרָקִים *capita*.

2. פַּעַם *Vice*: פ"א/ id eſt, פַּעַם אַחֶרֶת *Vice una*: pluraliter, פ' ג'/ id eſt, שְׁלֹשׁ פְּעָמִים *tribus vicibus*.

3. פָּסוּק *Verſus Biblicus*, textus Scripturae ſacrae.

4. פֵּרֵשׁ *Interpretatur*.

5. פָּרָשָׁה *Paraſcha*, id eſt, *diſtinctio, ſectio*, quae per tria maiuſcula פ in Bibliis Hebraicis deſignatur, & a prima voce communiter nominari ſolet: ut, בפ' בְּרֵאשִׁית in *Paraſcha Bereſchith*, & ſic deinceps.

6. פְּתוּחָה *Apertum*: vide infra in פ"ס.

פ"א

1. פֵּירוּשׁ אַחֵר *Expoſitio alia*.

2. פִּרְקֵי אָבוֹת *Capitula patrum*. Nomen eſt libri Talmudici, in quo ſententiae inluſtres, dicta, & apophtegmata piorum Rabbinorum conlecta ſunt. Is ſeparatim excuſus Hebraice, cum brevi commentario R. Abarbanelis. Latine

tine explicatus, & ſcholiis inluſtratus a Paulo Fagio,& recenter a Iohanne Druſio.

3. פַּעַם אַחֶרֶת *Vice alia*,quod & aliter interdum etiam ſumitur,ut paulo ante in פ poſitum. Ea ſenſus facile diſtinguet.

פא"פ

פֶּה אֶל פֶּה *Ore ad os.*

פָּנִים אֶל פָּנִים *Facie ad faciem*, coram. In Epiſtolis frequens eſt: ut, לדבר עם אדוני פא"פ *ad loquendum cum domino meo coram.* [Phraſis haec occurrit Deut.XXXIII,10.]

פ"בפ

פְּלוֹנִי בַּר פְּלוֹנִי *N. filius N.* Praecedere ſolet ר' pro רַבִּי *Rabbi.* Uſus eius eſt in formulis contractuum & inſtrumentorum, ubi ponendum eſt alicuius nomen proprium.

פ"ג

פְּלוּגְתָּא גְּרוֹלָה *Controverſia; diſſenſio magna.* Talm.

פ"גון

Vide ſupra in litera ו. [ופ"גון in]

פ"ד

פַּתַּח דְּסִפְרָא *Pathach libri.* Maſorethae ſic ſolent notare ad eas voces, quae Pathach vel Saegol cum accentu Athnach vel Sophpaſuk in

in ſingulis libris ſervant,cum alias propter eos accentus mutentur in Kametz. Vide Eliam in Tab. 2. Orat. 2.

2. פְּסִקָא דְסִפְרָא *Piska libri.* Piska vel פְּסִ׳ק virgula recta eſt, quae inter duas dictiones ponitur.Hanc inter accentus referunt,unde & ipſius uſus a Maſorethis obſervatus. Quoties autem illud Peſik in unoquoque libro occurrat,id notarunt,& vocarunt *Piska deſiphra.* Vide etiam in Tab. 2. Orat. 4.

פ״ה

פְּסוּק הוּא *Verſus Biblicus eſt.* Uſurpant , quando in commentariis ſuper aliquem auctorem notant,verba iſta vel iſta eſſe verba textus Biblici.

פֵּירוּשׁ הַקּוּנְטְרִיס *Explicatio quinternionis.* Sic loquuntur in commentariis Talmudicis , quando vox aliqua eodem folio explicatur. Pluraliter, קוּנְטְרֵסִ׳ין *quinterniones , folia.*

פ״הי

Vide infra in ש״הי.

פ״כץ

פֶּרֶק כְּצַד צוֹלִין *Caput ketzad tzolin.* Caput Talmudicum eſt, ſic incipiens, quod exſtat in libro פְּסָחִים *de paſchate* ; & ita ſaepiſſime capita Talmudica abbreviate citant , cui rei & nos,ad finem huius tractatus, medelam adferemus.

פ״ל

פ"ל

פֶּסַח לֶעָתִיד *Peſach in futurum.* In precibus de paſchate.

פ"מ

פֶּסַח מִצְרַיִם *Peſach Aegypti.* In precibus feſti paſchatis.

פ"ס

פְּתוּחָה, סְתוּמָה *Apertum, clauſum.* Dicitur de ſpaciis iſtis, quae in quinque libris Moſis vel ab initio lineae, vel in media linea relinquuntur. Textus vel ſectio, ab initio lineae incipiens, vocatur פָּרָשָׁה פְּתוּחָה *Sectio aperta*, quia ab aperta linea incipit, & indicatur per ס minus, eo loci poſitum. Sectio in media linea incipiens vocatur סְתוּמָה *clauſa*, quia utrimque eadem linea clauditur, & ſignificatur per ס minus. In impreſſis tamen libris haec differentia non eſt adcurate obſervata. Diverſa de his doctorum eſt ſententia. Elias in Fragmentis Tabularum ſic deſcribit: פָּרָשָׁה פְּתוּחָה *Periodus vel ſectio aperta duas habet formas: Prima, quae in mediam lineam incidit, & conſtituit ſpacium plus minus novem literarum. Secunda, quando in finem lineae incidit, tunc relinquitur ſpacium totius lineae, & nova paraſcha ſive ſectio incipit a linea tertia.* פָּרָשָׁה סְתוּמָה Sectio clauſa *eſt, quae relinquit ſpacium in medio lineae quaſi trium literarum, & poſtea lineam iſtam finit,*

Quan-

Quando autem (praecedens ſectio) abſolvit lineam, tunc ſequens ſectio incoatur circa medium lineae ſecundae. Haec ille. Porro Rambam, ſive Maiemon, parte prima, tractatu de Libro Legis, cap. VIII. plenius haec explicat, his verbis: פרשה פתוחה יש לה שתי צורות אם גמר באמצע השיטה מניח שאר השיטה פנוי ומתחיל הפרשה שהיא פתוחה מתחלת השיטה השניה במה דברים אמורים שנשאר מן השיטה ריוח כשיעור תשע אותיות אבל אם לא נשאר אלא מעט או אם גמר בסוף השיטה מניח שיטה שניה בלא כתב ומתחיל הפרשה הפתוחה מתחלת שיטה השלישית id eſt, *Sectioni apertae duae ſunt formae*: Prima, *ſi finiat* (ſcriba) *in medio lineae, tunc relinquit reliquum lineae vacuum, & incipit ſectionem apertam a principio lineae ſecundae, hoc eſt, relinquit de linea ſpacium quaſi novem literarum.* Secunda, *ſi reliquum ſit in linea non niſi exiguum ſpacium, aut ſi finiat in fine lineae, tunc relinquit lineam ſecundam totam abſque ſcriptura, & incipit ſectionem apertam a principio lineae tertiae.* De Paraſcha ſetumah ſive clauſa ſic ſcribit: פרשה סתומה יש לה שלש צורות אם גמר באמצע השיטה מניח ריוח כשיעור ומתחיל לכתוב בסוף השיטה תיבה אחת מתחלת הפרשה שהיא סתומה עד שימצא הריוח באמצע ואם לא נשאר מן השטה כדי להניח הריוח כשיעור ולכתוב בסוף השיטה תיבה אחת יניח הכל פנוי ויניח מעט ריוח מראש

מראש שיטה שניה ויתחיל לכתוב
הפרשה הסתומה מאמצע השיטה
שניה ואם גמר בסוף השטה מניח
מתחלת שטה שניה כשיעור הריוח
ומתחיל לכתוב הסתומה מאמצע שטה
נמצאת אומר שפרשה פתוחה תחלתה
בתחלת השטה לעולם ופרשה כתומה
תחלתה מאמצע השטה לעולם hoc eſt,
Sectioni clauſae tres ſunt formae : Prima , *ſi finiat* (ſcriba) *in medio lineae , relinquit dictum ſpacium, & incipit ſcribere in fine lineae dictionem unam ex principio paraſchae clauſae, ita ut adpareat ſpacium illud in medio.* Secunda, *ſi non ſuperſit de linea, ut poſſit ſpacium illud relinquere, & ſcribere in fine lineae dictionem unam , relinquet totum illud ſpaciolum vacuum, & parumper etiam ſpacii in linea ſequenti, & incipiet deinceps ſcribere ſectionem clauſam a medio lineae ſecundae.* Tertia , *quod ſi finiat in fine lineae , relinquet de principio lineae ſecundae dictum ſpacium , & incipiet ſcribere paraſcham clauſam e medio lineae iſtius. Dico ſummatim , paraſchae apertae initium ſemper debet eſſe a principio lineae: paraſchae clauſae principium perpetuo a medio lineae.* Hactenus Rambam. Ab hac Maiemonis ſententia diſſentit nonnihil הר"אש id eſt, Rabbi Aſcher, qui vult, ſectionem clauſam ſemper debere finiri in medio lineae, ac apertae ſectionis initium fieri a principio lineae ſequentis: Sectionem apertam finiri in principio lineae, & relicto ſpacio , ſectionem clauſam incoari circa finem eiusdem lineae, ut traditur in *Schul-*

chan Aruch, parte ſecunda, quae vocatur *lore deah*, ſectione 275. Vide Mercerum Gen. I, 6. & III, 16. Superſtitioſa haec ſcribendi ratio obſervatur tantum in libro Legis ſacro manuſcripto, quo in Synagogis ſuis utuntur, quando ſacra peragunt. In libris impreſſis ſpacio tantum qualicumque diſtincta ſunt.

פ"פ

פִּתְחוֹן פֶּה *Apertio oris*, id eſt, *excuſatio*, defenſio, פ"פ וְלֹא יִהְיֶה לָהֶם *& non erit ipſis ulla excuſatio.*

פ"ק

פֶּרֶק קַמָּא vel פִּרְקָא *Caput primum*: בפ"ק *in cap. primo.* Interdum inſeritur ר/ ut פ"ר/ק בפ"ר/ק *in cap.* I.

פֵּירוּשׁ קוֹנְטְרִיס *Expoſitio folii:* vide פ"ת.

פר"ס

[פַּרְדֵּס *Paradiſus.* Hac voce quadruplicem ſignant ſenſum, quem in Scripturae interpretatione myſtici commentatores utcumque imitantur. Vide Bechai, *praefat.* in Pentateuchum; cumprimis librum *Pardes Rimmonim.* Eſt autem פ פְּשַׁט *ſimplex* vel *litteralis* ſenſus; ר eſt רֶמֶז *anagogicus*; ד דְּרַשׁ vel מִדְרָשׁ *allegoricus*; ס denique סוֹד *myſticus.* Eo conlineant commentatores apologi in Chagiga, de Aſai ben Soma, Acher, & R. Akiba, intrantibus לפרדס, i.e. occupatis in expoſitionibus citatis.]

פר"ק

פר"ק

פֵּירוּשׁ רַבִּי דָּוִד קִמְחִי *Expoſitio R. Davidis Kimchi:* כפ"רדק *iuxta expoſitionem*, &c.

פ"רח

פֵּירוּשׁ ר' חֲנַנְאֵל *Expoſitio R. Chananaelis.*

פ"רשי

פֵּירוּשׁ רַבִּי שְׁלֹמֹה יַרְחִי *Expoſitio R. Salomonis Iarchi.*

פ"רת

פֵּירוּשׁ רַבֵּנוּ תָּם *Expoſitio doctoris noſtri Tam.* Plurimis Rabbinorum nominibus litera פ hoc uſu praefigitur. Vide communiora nomina in lit. ר , [& abbreviaturam ſupra adlegatam מפ"רת .].

פת"ל

פֶּן תּוּכַל לוֹמַר *Ne poſſis dicere.* Talm.

צ

צ"אל

צָרִיךְ אַתָּה לוֹמַר *Neceſſe habes dicere* , dicendum tibi eſt vel erit, Pro לומר poteſt & dici לָדַעַת *ſcire.*

צ"ל

צוֹרֶךְ לוֹמַר *Neceſſitas eſt dicere*, oportet dicere, dicendum eſt. Ubi ſermo eſt de mendis librorum emendandis, tum valet, צָרִיךְ לְתַקֵּן *opus eſt corrigere*, corrigendum eſt. Pro צורך dicitur etiam צָרִיךְ לִהְיוֹת. צָרִיךְ לִהְיוֹת *debet eſſe*: Item צָרִיךְ לְהַגָּהָה *opus habet inluſtratione, animadverſione.*

צ"לע

צָרִיךְ לוֹ עִיּוּן *Opus habet conſideratione*: וצ"לע *& opus eſt ipſi conſideratione.*

צ"לת

צָרִיךְ לִהְיוֹת תַּחְתָּיו *Debet eſſe pro eo.* Criticis uſitatum, quando lectionem corrigunt. Cum ו copula וצ"לת.

צ"ע

צָרִיךְ עִיּוּן/ut ante צ"לע. Quandoque adiicitur ב in fine pro בְּשֹׁרֶשׁ *Radicitus*, fundamentaliter.

צ"פת

Aliquando apicibus notatur, aliquando non. Intelligitur autem nomine צפת *Tzephas*, Tzapette, urbs Iſraelis, ſive Ieruſalem urbs ſancta, quam optant cito reſtaurari. Vide תו"בב.

ק

ק׳

קְרִי׳ *Legitur.* Uſurpatur in margine Bibliorum & apud Maſorethas, quando diverſitas lectionis indicatur.

2. קָשֶׁה *Durum, difficile,* obiectio difficilis.

3. קַמָּא *Primum.*

קא״ל

קָא אָמַר לֵיהּ *Dicens eſt ipſi :* מאי ק״אל ומאי קָא מהדר ליהּ *quid dixit ipſi, & quid reſpondit ipſi?* Talm.

קא״מל

Vide infra in קמ״ל .

קב״ה

קָדוֹשׁ בָּרִיךְ הוּא *Sanctus benedictus ille.* Sic communiter in Zohar , & ſaepe apud Rabbinos , qui tamen communius praeponunt ה. Chaldaice & Talmudice efferri plerumque ſolet, קוּדְשָׁא בְּרִיךְ הוּא . [Vide ſupra הק״בה .]

קב״ו

קִדְּשָׁנוּ בְּמִצְוֹתָיו וְצִוָּנוּ *Sanctificavit nos praeceptis ſuis & praecepit nobis.* Uſurpant, ubi de precibus agunt.

ק"ג

קְהִלָּה גְּדוֹלָה *Synagoga magna.*

ק"ו

קַל וָחוֹמֶר *Leve & grave.* Sic loquuntur, quando argumentantur a leviori, id eſt, minori ad maius, vel contra: ut, אם הקב"ה מצטער על דמן של רשעים ק"ו דמן של צדיקים *Si Deus dolet ob ſanguinem improborum*, ſcil. inmerito effuſum, *quanto magis ob ſanguinem iuſtorum.*

ק"י

קְהִלַּת יַעֲקוֹב *Eccleſia Iacobi*, id eſt, Iſraelitica, ex Deut. XXXIII, 4.

ק"ל

קַיָּמָא לָן *Confirmatio eſt nobis*, *probatio ſuppetit nobis.* Uſurpant, quando argumentum adferunt pro ſua ſententia confirmanda. Interdum ſcribitur קו"ל.

2. קָשֶׁה לִי *Difficile eſt mihi*, ſcrupulus oritur mihi. Sic loquuntur, quando obiectionem aliquam ex alterius ſententia exſtruunt: וק"ל *et*, &c.

3. קַל לְהָבִין *Facile eſt intellectu*, facile intelligitur vel intelligi poteſt.

קמ"ל הק"מ

קָא מַשְׁמַע לָן *Facit audire nos*, docet nos ſic, hacc

haec nobis proponit, ſic nobis cognoſcendum dat, ſcil. in praecedenti propoſitione. Additur ſaepe Nun in fine קמ"לן . Scribitur etiam excluſo א/ קמשמע לן . Praefigitur quandoque ה pro הא *ecce.* Aliquando praeponitur מ pro מאי *quid?* Vide Halichoth olam fol. 14. 1.

קס"ר

Vide ſupra in ס"ר .

ק"ק

קְהִלָּה קְדוֹשָׁה *Synagoga ſancta.* Sic ſemper ſuas ſynagogas, ſcholas, & eccleſias adpellant, cum potius omnis impietatis lacunae ſint. Cum ſervilibus, ב"קק ורנקבורט *in ſynagoga ſancta Francofurtenſi* : רֵישׁ מְתִיבְתָּא ר"קק קְרָאקָא *Caput Academiae ſynagogae ſanctae Cracovienſis.* ר genitivum notat ex uſu Chaldaico.

2. קריא קאדריש *Scripturam*, vocem Scripturae vel textus, *explicat.*

ק"קס

קְבּוּל קְנְיַן סוּדָר *Acceptio poteſtatis pallii.* Poteſtas pallii eſt, quae per adprehenſionem pallii accipitur. Sic fit in emtionibus & venditionibus, aut cum quis alii poteſtatem plenam dat agendi cauſam alicuius coram iudice, exigendi debiti, & ſimilium. Teſtes porrigunt oram pallii venditori, qui adprehenſo pallio fatetur, ſe tradere hoc ſymbolo rem venditam emtori, omnibusque ſuis iuribus in eam renunciare.

Emtor per eamdem adprehenſionem rem accipit. Sic procurator, & qui procurationem alicui committit.

ק״קק

קָדוֹשׁ קָדוֹשׁ קָדוֹשׁ *Sanctus, ſanctus, ſanctus*, ex Ieſa. VI, 3.

קרו״בץ

Elias in libro Tiſchbi ſcribit: Iudaei Germani carmina quaedam, quae in Sabbathis & aliis feſtis diebus dicunt, vocant *krubbatz*, cuius rationem ignorant, niſi quòd dicunt, literas iſtas abbreviaturam eſſe harum vocum, קוֹל רִנָּה וִישׁוּעָה בְּאָהֳלֵי צַדִּיקִים *Vox exſultationis & ſalutis eſt in tentoriis iuſtorum*, ex Pſal. CXVIII, 15. R. David Kimchi in Radice עתר/ ſcribit קרובורת/ per ת in fine. Sunt autem ת raphatum ſive aſpiratum, & צ adfines in pronunciatione. Unde Elias dicit, iſta carmina ſive precationes aut cantiones metricas vocari קְרֻבוֹת/ a קרב/ quia adplicantur & adiunguntur precibus ordinariis. Sic etiam ſcribitur in libro Iuchaſin fol. 34. 2.

ק״ש

קְרִיאַת שְׁמַע *Lectio Audi*. Lectio legalis eſt ex Deuter. VI, 4. *Audi Iſrael, Dominus Deus noſter Dominus unus eſt, &c.* Hanc ſingulis diebus bis dicunt, mane & veſpere, ſumma cum reverentia. & multa ſuperſtitioſa de ea ſcribunt:

כי הורה מטי זמן ק'ש *Cum adpropinquaret tempus legendi lectionem Audi Iſrael.* [Vide Wagenſeilium in excerptis Gem. Sotae. VIII. §. 1. p. 873.]

קש"ה

קְרָא/שְׁנָא/הֲלָכָה Per קרא inteligitur *textus Biblicus*: per שנא *textus Talmidicus*, qui & מַתְנִיתָא & מִשְׁנָה vocatur, ut ſupra dictum: per הלכה *textus Gemarae*, qui dicitur ſic quaſi *diſcurſus*, quia continet varias diſputationes doctorum. Haec tria lectu difficilia ſunt, quod voce קְשָׁיָה / quae trium iſtorum vox ſymbolica eſt, innuitur.

ר'

רַב/רִבִּי/רַבִּי/רַבָּן *Rabbi, Magiſter, Doctor.* Hi tituli omnes poſt natum Chriſtum inter Iudaeos orti ſunt. Nam prima antiquitas, Prophetis proxima, nullis omnino titulis utebatur, aeque ut Prophetae ipſi. Sic viri ſynagogae magnae, poſt Eſram, Haggaeum, Zachariam & Malachiam, nudis nominibus ſuis adpellati fuere. Sic qui hos inſecuti, Antigonus vir Sochaeus, Schimeonis iuſti ultimi ex ſynagoga magna diſcipulus, Ioſe filius Ioaſaris, Ioſe filius Iochananis, Ioſua filius Perachiae, Schemaia & Aftalion, Hillel & Schammai, nullis titulis uſi

sunt , וזה לגדולתם וכבוד מעלתם בשביל שאי אפשר למצוא כנוי ראוי להם לכבד את שמם כמו שאין כנוי לבניהם *idque propter magnificentiam & gloriam excellentiae ipsorum , quod impossibile esset , reperire titulos dignos ipsis, ad honorandum nomen ipsorum, prout nulli erant tituli Prophetis ipsis* , ut scribit Naiemon in praefat. in tract. Talmudicum זרעים *Seraim*. Adstipulatur huic Rabbi Nathan in Lexico Aruch, in voce אבי ubi ita scribi : הדורות הראשונים שהיו גדולים מאד לא היו צריכין רבבם לא ברבן ולא ברבי ולא רב רא לחכמי בבל ולא לחכמי ארץ ישראל שהרי הלל עלה מבבל ולא נאמרה רבנת בשמו id est, *Secula prima, quae erant praestantissima, non opus habebant se ampliare* (titulis) *neq; per Rabban, neque per Rabbi, neque per Rabh, tas sapientes Babyloniae, quam sapientes terrae Israelis. Nam Hillel ascendit ex Babylonia, neque fit adpellatum Rabbini titulo nomen eius.* Ante hnc Hillelem nemo tali aliquo titulo vocatus fit. Attigit autem Hillel nativitatem Christ aut paucis annis ante ipsum obiit.

רַבִּן *Rabin* titulus omnium praestantissimus est, *magnem* potius ac *principem*, quam *doctorem* denotans, ut mox patebit. Septem tantum Hillel posteri eo insigniti leguntur , *Primus* Rabba Schimeon Hillelis filius. *Secundus*, Rabba Gamaliel senex, Schimeonis filius, Hillelis nepos, Pauli Apostoli, ut putatur, praeceptor in Iudaismo, de quo dicitant, quod

cum

cum mortuus esset Rabban Gamaliel senex, Onkelos proselytus combusserit super ipso septuaginta libras turis, ut est in Iuchasin, folio 164. *Tertius*, Rabban Schimeon II, filius Gamalielis senis, Hillelis pronepos, qui in direptione urbis periit. *Quartus*, Rabban Iochanan, filius Zachaei. Hic non fuit de familia Hillelis, ideoque post desolationem urbis, quinque ad summum annis, ceu succenturiatus administrator, principatum gessit in urbe Iasne, quo ex obsidione Hierosolymae fugerat. Nam Gamaliel II, qui sequitur, nondum erat aptus ad principatum. *Quintus*, Rabban Gamaliel II, Schimeonis secundi filius, Hillelis abnepos, qui Iochanani in Iasne successit. *Sextus*, Rabban Schimeon III, Gamalielis secundi filius. Hic Schimeon pater fuit Rabbi Iehudae, qui in specie adpellatus רַבִּי יְהוּדָה הַנָּשִׂיא *Rabbi Iehuda princeps*, & a sanctitate רַבֵּנוּ הַקָּדוֹשׁ *Rabbi noster sanctus*, & κατ' ἐξοχὴν absolute & simpliciter רַבִּי *Rabbi*. Hinc disputant Hebraei, quare hic Rabbi Iehuda, cum omnes praecedentes dignitate superarit, non etiam vocatus fuerit *Rabban* ? respondent quidam, quod Rabbi, absolute sine adiecto nomine usurpatum, longe excellentius sit, quam Rabban cum adiecto nomine. *Septimus*, Rabban Gamaliel, Rabbi Iehudae filius, in quo titulus exspiravit. Duravit per ducentos fere annos, aut paullo amplius. Nam sub patre eius, Rabbi Iehuda, tres Imperatores Romani mortui fuerunt, Antoninus pius, Marcus Antoninus &

Au-

Aurelius Commodus, cuius obitus ponitur in annum Christi CXCIII. Haec patent ex Rambam dicto loco, Iuchasin, folio 66. 67. Schalschelet, Tzemach David, & similibus aliis libris historicis. In Tzemach legitur; רבן שמעון בן הלל הוא הראשון הנקרא בשם רבן id est, *Rabban Schimeon, filius Hillelis, primus fuit adpellatus nomine Rabban.* Hic fortassis ille fuit, qui Christum brachiis excepit, & a pietate atque iustitia ab evangelista Luca commendatur. Nam sane tunc vixit, ut postea, sub eius filio Gamaliele, Paulus legem Mosaicam didicit. Conjecturae favet, quod historia Iudaica huius laudes praeteriit, quas alioqui in Hillelis maioribus & tota posteritate diligentissime persecuta est. Unde in Tzemach legitur, folio 36. רבן שמעון בן הלל הזקן קבל מאבין ונתמנה לנשיא אחר אבין וזמן תחלת נשיאתו לא מצאתי בשום אחר מהמחברים id est, *Rabban Schimeon, filius Hillelis senis, accepit* (Legis traditionem) *a patre suo, & constitutus est Princeps post patrem suum: at tempus initii principatus eius non reperi in ullo aliquo auctore.* Et paulo post: וזמן משך נשיאתו לא ידענו *Et tempus protractionis principatus eius non scimus*, quod similiter in nullo auctore legi. Patet autem evidenter, quod nō diu regnavit. Inde etiam in Mischna Talmudica nulla eius mentio. In Gemara obiter tantum conmemoratur, non alio fine, quam ut Hillelis posteritas integre contexatur, his verbis: הלל ושמעון גמליאל ושמעון נהגו נשיאותן

נשיאותן בפני הבית מאה שנה id eſt, *Hillel & Schimeon, Gamaliel & Schimeon adminiſtrarunt principatum ſuum, durante adhuc Templo ſecundo, centum annis:* Tractatu de Sabbatho, fol. 15. Praeterea in Pirke Abhoth inter patrum traditiones non recenſetur, ſed Hillelis celebribus dictis ſtatim ſubiicitur nepos eius Rabban Gamaliel. Inde Abarbinel motus, in quaeſtionibus ſuis in hunc librum, non intempeſtive quaeſivit, quare Rabban Schimeon, Hillelis filius, in ſerie patrum non putatur? cuius rei varias coniecturas adducit. Cauſam ego ſuſpicor eſſe, ut dixi, quod, poſteaquam Chriſtum eſſet amplexus, eius memoriam praeterierint. Sed ad propoſitum. Primus a nato Chriſto titulus fuit *Rabban*, & principibus datus, qui tamen etiam doctrina legis excellebant. Poſtea prodiit titulus רַבִּי & רַבִּי in terra Iſraelis; רַב & רַבִּי זְרָא in Babylonia. Hinc ſaepe in Talm. מַר & רַב זְרָא nempe dum Sira iſte adhuc doceret in Babylonia, vocatus fuit Raf: poſtmodum Hieroſolymam vocatus, & ſolemni impoſitione manuum in magiſtrum promotus, dictus fuit *Rabbi* & *Ribbi*, ut legitur in libro *Halichoth olam folio* 5. 2. De dignitate & differentia haec ab Hebraeis ſtatuuntur: גדול מרב רבי וגדול מרבי רבן וגדול מרבן שמו ולא מצאנו אדם שנקרא רבן חוץ מן הנשיאים id eſt, *Rabbi excellentior titulus eſt, quam Raf: Rabban maior, quam Rabbi; at ſimplex nomen eius maius, quam Rabban, neque reperimus quemquam vocatum fuiſſe Rabban, praeterquam prin-*

principes: Aruch in voce אבי. Item, רבן הוא שם חשוב במעלה יותר מרב ורבי *Rabban eſt nomen excellentioris dignitatis, quam Raf, vel Rabbi:* Tzemach fol. 36. Item: החכמים שהם למטה מן המעלה הזאת יכנה אותם רבן ועוד למטה מן המעלה הזאת יכנה אותם רב ורבי id eſt, *Sapientes, qui infra hanc dignitatem erant,* (ut nudo ſuo nomine vocarentur) *cognominati fuere Rabban: qui infra hanc dignitatem, vocati fuere Rabbi & Raf:* Maiemon in ſupra dicta praefatione. De hac Maiemonis ſententia legitur in Iuchaſin, fol. 20. 2. & fol. 48. 1. Etſi Maiemon nomen Rabban videatur etiam Sapientibus tribuere, עם כל זה לא מצאנוהו לשום חכם כי אם לנשיאים לבד *tamen non reperimus illud cum ullo ſapiente, ſed cum principibus dumtaxat.* Alias de his plura.

רַבָּן Pluraliter dicitur רַבָּנִים & רַבָּנִין, quae poſtrema forma Talmudicis familiariſſima eſt, ut in illo, תָּנוּ רַבָּנָן *docent Rabbini.* Et in Targum, אַסְחַרִי רַבָּנַיִךְ *adcumbere fac magiſtros tuos,* Cant. VI, 4. רַבָּנֵי סַנְהֶדְרִין *Magiſtri Sanhedrin,* Eccleſ. II, 10. Hoc plurale non eſt eiusdem dignitatis cum ſingulari: ſervit enim omnibus promiſcue ſapientibus. A reliquis pluraliter dicitur רַבּוֹת, ſed ſemper cum adfixo pronomine, רַבּוֹתֵינוּ *Rabbini noſtri:* המבעט ברבותיו *qui calcitrat adverſus magiſtros ſuos.* רַב etiam admittit adfixum; ut, כל המורה הלכה בפני רבו חייב מיתה *Quicumque docet quaeſtionem Talmudicam coram doctore* vel prae-

praeceptore *ſuo, reus eſt mortis*: Berachoth fol. 31. 2. & ſic ſaepe: item מֹשֶׁה רַבְּכֶם הֵיכָן הוּא *Moſes magiſter veſter ubinam eſt?* Schab. folio 89. 1. item מֹשֶׁה רַבֵּנוּ *Moſes magiſter noſter.*

ר"א

רַבִּי אֱלִיעֶזֶר *Rabbi Elieſer*, vel רַ' אַבְרָהָם *Rabbi Abraham.* Talm. Utro modo legendum, docent praecedentia cuiusque loci, ubi idem nomen ſaepius repeti ſolet.

2. רַב אָמַר *Raf dicit.* Talm.

ראב"ד

רַ' אַבְרָהָם בַּר דִּיאוֹר Scripſit librum hiſtoricum, qui vocatur סֵפֶר קַבָּלַת הָרַאֲבַ"ד *Liber Cabalae R. Abrahami, filii Dior.* Vixit eodem tempore cum R. Abraham Ab. Eſra, & obiit anno Chriſti clɔ cxc1x. Iuchaſin, folio 132. 1. Fuit & alius ראב"ד / dictus R. Abraham filius David, qui in Talmud quaedam commentatus eſt, & ſcripſit הַשָּׂגוֹת *animadverſiones in Rambam*, annis viginti poſt priorem. Horum nomina in quibusdam libris confunduntur. Litera ſive articulus ה huic ut & aliis multis abbreviatis nominibus praemitti ſolet.

ראבי"ה

רַ' אֱלִיעֶזֶר בַּר יוֹסֵי הַגְּלִילִי *R. Elieſer, filius Rabbi Ioſe Galilaei.* In compendiis Talmudicis Rabbi Aſcher ſaepe citatur ראבי"ה.

ראב"ע

ר"בע

רַבִּי אַבֶּן עֶזְרָא *R. Aben Esra* cum articulo הר"בע. Ab excellenti doctrina a Kimchio adpellatur מוֹרֶה צֶדֶק *doctor Iustitiae*, Psal. XIX, 1. Aliquando, ר' אליעזר בן עקיבא *R. Eliezer filius Akivae*: apud Talm.

ר"אם . ר"ם

הַגָּאוֹן ר' אֱלִיָּהוּ מִזְרָחִי *Inlustris R. Elias Misrachi* sive orientalis.

רב"ים

Qui Cabalae dediti sunt, explicant vocem hanc in Pl. III, 2. רַבִּים קָמִים עָלַי *multi insurgunt contra me:* רב"ים id est, רוֹמִיִּים *Romani*, בַּבְלִיִּים *Babylonii*, יְוָנִיִּים *Graeci*, מְדִיִּים *Persae*.

רב"שע

Vide infra in רש"לע.

ר"גו ר"גא

1. רֵישׁ גְּמָרָא *Principium Gemarae*. In Aruch frequenter occurrit, quando ex Gemara aliquid citatur. Cum servilibus, וב"רג *& in principio Gemarae*. De Gemara supra dictum.

2. רַבָּן גַּמְלִיאֵל *Rabban Gamaliel*. Saepe citatur in Talmud, & est ex posteris Hillelis. Vide paulo ante in ר'. Aleph additum est אָמַר *dicit*.

3. רַבֵּנוּ גֵּרְשׁוֹם *Rabbenu Gerſom.* De hoc etiam ſupra.

ר"ד

רִבּוֹנִי דְעָלְמָא *Domine mundi.* Periphraſis Dei, pro quo Rabbini dicunt רִבּוֹנִי שֶׁל עוֹלָם vel רִבּוֹן שֶׁל עוֹלָמִים.

2. רֵאשִׁית דָּבָר *Principium rei*, principio, primum. In epiſtolarum initiis eius frequens uſus.

ר"ק

ר' דָּוִד קִמְחִי *R. David Kimchi.* Cum articulo הַר"ק. Floruit circa annum Chriſti cIↃCXC. Fratrem habuit R. Moſche Kimchi, celebrem quoque Rabbinum: patrem R Ioſeph Kimchi, cuius expoſitiones R. David ſaepe in commentariis ſuis Biblicis adducit.

ר"ה

רֹאשׁ הַשָּׁנָה *Principium, caput, initium anni.* Sic vocant novi anni initium, cuius feſtum celebrant primo die ſui Septembris, qui in novilunium incidit. Eſt & nomen tractatus Talmudici, de iſto feſto & eius requiſitis agens, qui ſaepe ſic citatur: ut בפ"ק ר"ה *in capite primo libri Roſch haſchana.* ר genitivum notat.

2. רִבּוֹן הָעוֹלָם *Dominus mundi.* Nomen divinum eſt.

3. רְשׁוּת הָרַבִּים *Licentia plurium.* Sic vocatur in iure Hebraeorum locus publicus ſi-

ve publici iuris, platea publica, campus vel ager publicus, planus & apertus, non circumseptus. Opponitur ipsi רה"י id est, רְשׁוּת הַיָּחִיד *Licentia unici*, id est, locus privatus, in quo persona privata tantum ius habet. בני ר"ה *homines in agris habitantes:* בְּנֵי הָעִיר *urbani*, qui in loco circumcluso habitant.

רה"י

Vide praecedentem.

ר'ז'ל

רַבּוֹתֵינוּ זִכְרוֹנָם לִבְרָכָה *Rabbini nostri, benedictae memoriae.*

ר"ח

רֹאשׁ חֹדֶשׁ *Caput mensis.* Sic vocatur neomenia, primus dies cuiusque mensis, qui dicitur חֹדֶשׁ *innovatio*, quod luna ad quemque mensem fiat nova. Hoc die in synagogis conveniunt, preces dicunt, lunam consecrant, & quodammodo festum diem habent. Cum servilibus, ר"רח, לר"ח/ב"רח ubi ר genitivi nota. Apud Talmudicos etiam constituit Rabbinorum quorumdam nomina: ut, ר' חֲנִינָא *Rabbi Chanina*, רב חַסְדָּא *RafChasda*, ר' חֲנַנְאֵל *Rabbi Chananael.* Quale singulis locis legendum sit, id antecedentia semper docent, in quibus integre scribi solet, & ob crebram repetitionem deinde abbreviari.

2. רֵאשִׁית חָכְמָה *Principium sapientiae.*

No-

Nomen libri celebris: כתב בעל ר"ח *Scribit auctor libri Reschit chochma.* Aliquando scribitur רח"ק ubi הק valet הַקָּצֵר *breve, parvum*, quod compendium est ex principali extractum.

3. רַב חִסְדָּא *Raf Chasda.* Celebris fuit doctor Babylonicus, Talmudicis scriptoribus saepe laudatus.

רח"ול

רַק חַיִּים וְשָׁלוֹם יוֹסִיפוּ לָךְ *Tantummodo vita & salus addantur tibi.* Usurpant in conclusionibus epistolarum, pro *Vive* & *Vale.*

ר"י

Constituit aliquot nomina propria, veluti ר' יוֹסֵי *Rabbi Iose*, ר' יְהוּדָה *R. Iehuda*, ר' יִשְׁמָעֵאל *Rabbi Ismael*, ר' יִצְחָק auctor Tosephos, *additionum* quarumdam Talmudicarum, vulgo R. Isaac habbachur, id est, *iuvenis* vel *electus*, & similia, quorum sensus ex praecedentibus haberi potest, in quibus integre poni solent, deinde abbreviate repeti, ut dictum.

2. רֹאשׁ יְשִׁיבָה *Caput synagogae, Synagogiarcha*, rector universitatis: נַעֲשָׂה לר"י *factus est caput Academiae.* Plur. רָאשֵׁי יְשִׁיבוֹת.

ר"בא

ר' יַעֲקֹב בֶּן אֶלִיעֶזֶר *R. Iacob filius Eliesaris.* In compendiis Talmudicis saepe citatur.

רי"בג

ר' יוֹסֵף בֶּן גּוֹרִיוֹן *R. Ioseph, filius Gorionis.* Auctor est compendii Hebraici, in quo de actis Lxx interpretum, Machabaeis, excidio urbis, & decem captivitatibus agitur.

רי"בז

רַבָּן יוֹחָנָן בֶּן זַכַּאי *Rabban Iochanan, filius Zachaei.* De hoc paulo antè dictum, in ר .

רי"בט

ר' יוֹסֵף בַּרְבִּי טוֹבִיָּה *R. Ioseph, filius R. Tobiae.*

רי"בל

ר' יְהוֹשֻׁעַ בֶּן לֵוִי *R. Iosua, filius Levi.* Celebris inter Talmudicos Doctores.

רי"בם

ר' יוֹסֵף בַּר מֵאִיר *R. Ioseph filius Meir.* Discipulus fuit Rabbi Alphesi, & praeceptor R. Maiemonis. Scripsit commentaria in complures tractatus Talmudicos. Obiit anno Christi clɔ cxli.

רי"בן

רַבִּי יִצְחָק בַּר נָתָן *R. Isaac, filius Nathanis.* Fuit discipulus & gener R. Salomonis Iarchi. Item, ר' יְהוּדָה בַּר נַחְמָן *R. Iehuda, filius Nachmanis,* qui scripsit librum הלכות פסוקות id est, *consuetudines decisae.* Vixit circa annum Christi lɔccl v.

רי"בש

ר"בש

ר' יִצְחָק בַּר שֵׁשֶׁת *R. Iſaac, filius Scheſchat.* Scripſit celebrem librum שְׁאֵלוֹת וּתְשׁוּבוֹת *quaeſtionum & reſponſionum.* Floruit anno Chriſti cIↃ cccLxxIv.

ר"יג

ר' יוֹסֵף גִּקַטִילְיָא *R. Ioſeph Gekatilia*, auctor libri שַׁעֲרֵי אוֹרָה *Portae lucis.*

ר"יט

ר' יַנַּאי הַכֹּהֵן *R. Iannai ſacerdos.*

ר' יְהוּדָה חַיָּט *R. Iehuda ſartor.* Auctor libri celebris Cabaliſtici מִנְחַת יְהוּדָה *oblatio Iehudae.*

ריט"בא

ר' יוֹם טוֹב בַּר אַבְרָהָם *R. Iom tof, filius Abrahami.* Aliquot inſignium librorum auctor eſt. Inter alios ſcripſit commentarium in Maiemonem, quem vocat מַגִּיד מִשְׁנָה. Floruit circa annum Chriſti cIↃ cccLxxx.

ר"ל

[רַבִּי יִצְחָק לוּרְיָא *Rabbi Iſaac Lorienſis*, Germanus, in recentioribus Cabaliſtis celeberrimus, auctor libri decantatiſſimi דְּרוּשִׁים *Deruſchim*, qui in Cabbala denudata converſus exſtat. Eidem adtribuuntur manuſcripta, a R. Chaim Vital deſcripta, inque ſex potiſſimum tomos diviſa.]

ר"נ

ר' יַעֲקֹב נַקְדָּן *R. Iacob punctator.* Meminit eius Elias in Fragmentis tabularum.

רי"צבא

ר' יִצְחָק בַּרַבִּי אַבְרָהָם *R. Iſaac, filius Rabbi Abrahami.*

רי'צבט

רַבֵּינוּ יִצְחָק בַּרַבִּי טוֹדְרוֹס *R. Iſaac, filius R. Toderos,* id eſt, *Theodori.*

ר"ל

רוֹצֶה לוֹמַר *Vult dicere,* vel רְצוֹנִי לוֹמַר *voluntas mea eſt dicere,* volo dicere; vel רְצוֹנוֹ *voluntas eius.* Uſurpant, quando aliquid clarius volunt explicare, ut cum Latini dicunt, *id eſt, hoc eſt.*

2. רָאוּי לְתַקֵּן *Debet corrigi,* vel רָאוּי לִהְיוֹת *debet eſſe.* Uſurpant in fine librorum, ubi errata typographica recenſentur.

3. רֵישׁ לָקִישׁ *Reſch Lakis.* Nomen celebris doctoris Talmudici, qui frequenter in Gemara adducitur.

4. רַבִּי לֵוִי *Rabbi Levi*, qui & רלב"ג / ut ſequitur.

רל"בג

רַבִּי לֵוִי בֶּן גֵּרְשׁוֹם *R. Levi filius Gerſom.* Scripſit commentaria in tota Biblia. Auctor etiam

eſt

eſt libri celebris מלחמורת יהוה *Bella Domini* [vide in מ׳.] Commentarium in Legem abſolvit anno Chriſti clɔ cccxxx. Commentarium in libros Samuelis clɔ cccxxxvi i i. Mortuus anno Chriſti clɔ cccLxx. Avus eius maternus fuit Ramban, id eſt, R. Moſche ben Nachman, qui vulgo vocatur Gerundenſis.

ר״ם

ר׳ מֵאִיר R. *Meir*. Doctor Talmudicus, quando abſolute ponitur. Alias etiam R. *Moſche* valet, ut ibi, אִמּוֹ שֶׁל הר״מ מִקּוֹצִי *Mater Rab. Moſis mikkotzi*.

2. רָעְיָא מְהֵימְנָא *Paſtor fidelis*. Sic vocatur auctor, qui ſcripſit additamenta in Zohar, qui diſtincte ſic citari ſolet. Sic in lib. *Reſchis chochma*, fol. 31. 1. וברמ״ז דף רמ״ז *& in Paſtore fideli* fol. 257. item fol. 32. 1. בר״ם ופי׳ *& explicatio in Paſtore fideli*. Sic ſaepe in eo libro.

3. רֵישׁ מְתִיבְתָּא *Caput Synagogae*. Chaldaica locutio, pro quo vulgo dicunt רֹאשׁ הַיְשִׁיבָה.

רמ״בם

ר׳ מֹשֶׁה בֶּן מַיְמוֹנִי R. *Moſche, filius Maiemonis*, abbreviate *Rambam* dictus. Patria fuit Cordubenſis, ſed in Aegypto educatus, & ſtudiis conſecratus, unde vocatur Moſes Aegyptius. Anno vigeſimo tertio aetatis coepit conſcribere commentarium in Miſchnaioth, ſive textum Talmudicum, quem abſolvit anno trigeſimo. Anno quadrageſimo ſecundo abſolvit magnum

gnum iſtum librum, quatuor volumĩnibus diſtinctum, qui vocatur יָד & מִשְׁנֶה תוֹרָה. Poſtea librum *praeceptorum* compoſuit. Anno quinquageſimo aetatis conſcripſit librum מוֹרֶה נְבוֹכִים lingua Arabica, quem R. Samuel Aben Tibbon in linguam Hebraeam tranſtulit, & R. Schem tof, de quo ſupra, [in רש"ט] & Ephodaeus commentario inluſtrarunt. Vixit annos ſeptuaginta, & tantam docendo laudem ſibi comparavit, ut de eo tritum dictum ſit, ממשה עד משה לא היה כמשה *A Moſe* (propheta) *uſque ad Moſen* (Ægyptium) *non fuit ſicut iſte Moſes.* Floruit circa annum Chriſti clɔ cc, & tandem ſepultus in terra Iſraelis.

ר"מא

ר' מֵאִיר אוֹמֵר *R. Meir inquit,* Talm.

רמ"בן

1. ר' מֹשֶׁה בֶּן נַחְמָן *R. Moſche, filius Nachman,* Gerundenſis Hiſpanus. Complures libros conſcripſit, ac coepit inclareſcere circa annum Chriſti clɔ ccxii.

2. ר' מֵאִיר בֶּן נָתָן *R. Meir filius Nathanis,* Talm.

רמ"ח

מֹשֶׁה חַזָּן Quidam putant eum fuiſſe unum ex lectoribus Biblicis exercitatiſſimis. Elias ſuſpicatur, eſſe eum, qui commenta-

rio-

riolum circa Maſoram magnam conſcripſit.

Valet & in numeris 248. quot ſunt מִצְוֹת עֲשֵׂה *praefecta factiva*, id eſt, iubentia, quae nos facere aliquid iubent, & comparantur 248 membris corporis humani, ut moneatur homo, omnia & ſingula ſua membra creata eſſe ad praeſtanda ea, quae Deus ab homine fieri voluit. Membra autem hoc modo ab Hebraeis numerantur: Triginta *in infimo pede*, nempe ſex in unoquoque digito pedis: Decem בקורסל *in talo*: Duo בשוק *in cruce*. Quinque בארכובא *in genu*. Unum בירך *in femore*: Tria בקוליורת *in coxis*: (in Talmud legitur בְּקַטְלִית/ id eſt, כף הירך *acetabulo*.) Triginta *in manu*, ſex ſcilic. in unoquoque digito: Duo בקנה *in tibia*: Duo במרפק *in cubito*: Unum בזרוע *in brachio* ſive lacerto: Quatuor בכתף *in humero*: Undecim צלעות *coſtae*. Et 101. ab uno latere, totidem ab altero, quae faciunt 202. Praeterea octodecim חוליות *vertebrae* in ſpina dorſi: Novem בראש *in capite*: Octo בצואר *in collo*: Sex במפתחי הלב *in aperturis cordis*, id eſt, thorace: Quinque בנקבין *in foraminibus ſuis*. Sic habes 248. Iudicent anatomici veri de hac anatomia Iudaica quae exſtat in libello אֲבִקְרַת רוֹכֵל. Petita autem ſunt ex corpore Iuris, cod. Oholoth cap. 1. Vide infra in שס"ה.

רמ"ך

ר' מֹשֶׁה כֹּהֵן *R. Moſes Sacerdos*. Cum artico-

lo הר׳מך . Meminit eius auctor libri Iuchasin fol. 132. Vixit tempore Rambam, de quo ante, [in רמ״בם .]

רנ״בר

ר׳ נִסִּים בַּר רְאוּבֵן *R. Nissim, filius Ruben.*

ר״ע

רַבִּי עֲקִיבָא *R. Akiva.* Talm. vel R. Elieser.

רע״ה

רַבֵּינוּ עָלָיו הַשָּׁלוֹם Praecedere solet משה׳ /
Moses praeceptor noster, qui in pace requiescat.

ר״פ

רֹאשׁ פָּסוּק *Initium versus:* plur. רָאשֵׁי פְּסוּקִים *initia versuum.* Masor.

2. רֹאשׁ פֶּרֶק *Initium capitis.* Sic in Aruch saepe occurrit, quando ex initio capitis Talmudici aliquid citatur.

3. Cum praefixo ה הר״ף / eſt, הֶחָכָם רַבִּי פֶּרֶץ *Sapiens R. Perez*, qui auctor putatur celebris libri מַעֲרֶכֶת הָאֱלֹהוּת *Diſpoſitio divinitatis*, ut ſupra in litera מ traditum.

ר״ש

רַבָּן שִׁמְעוֹן *Rabban Schimeon.* Talm. Zohar.

רש״בא

ר׳ שְׁלֹמֹה בֶּן אַדֶּרֶת *R. Salomon filius Adrds.*
Ali-

Aliquot insignium librorum auctor est, discipulus Ramban, id est, R. Mosis Nachmanidis, & floruit circa annum Christi clɔ ccLxxx. In Iuchasin, fol. 133, vocatur *R. Salomon, filius Abrahami, filius Adras.*

2. רַבֵּנוּ שִׁמְשׁוֹן בַּר אַבְרָהָם *Rabbenu Schimschon filius Abrahami.* Scripsit תוֹסְפוֹת *additiones* ad Talmud. Meminit eius auctor Iuchasin, fol. 131. Exstant etiam פסקי הרש"בא *Piske haraschba, iudicia, sententiae iudiciales*: item תשובות *responsiones Raschba.*

רש"בג

רַבָּן שִׁמְעוֹן בֶּן גַּמְלִיאֵל *Rabban Schimeon, filius Gamalielis.* De hoc supra. Additur א in fine, pro אמר *inquit*, & ר ab initio, pro nota genitivi casus. Floruit circa annum Christi cL, & fuit pater Rabbi Iehudae, quem vocant Sanctum.

רש"בט

ר' שִׁמְעוֹן ב"ר טוֹבִיָּה *R. Schimeon, filius Rabbi Tobiae.*

רש"בי

ר' שִׁמְעוֹן בֶּן יוֹחַאי *Rabbi Schimeon, filius Iochaei.* Hic absolute etiam vocatur R. Schimeon. Discipulus Rabbi Akivae, qui quinquaginta annis post desolationem urbis & templi martyrio finiit vitam, circa annum Christi cxx, in bello Adriani contra Iudaeos. Hic R. Schimeon

meon fertur auctor libri celeberrimi זוהר, quem vulgus Iudaeorum putat conscripsisse ipsum in spelunca quadam terrae, in qua per annos duodecim delituit metu Imperatoris Romani. Historiam istam Hebraice adscribam propter Hebraismi studiosos. Legitur autem in Talmud, tractatu de Sabbatho, cap. 2. folio 33, pag. 2. his verbis: *Quodam tempore considebant una R. Iehuda, R. Iose & Schimeon, praesente quoque ipsis R. Iehuda ben Gerim* (proselytis parentibus nato) פתח ר' יהודה ואמר כמה נעים מעשיהן של אומה זו תקנו שווקים תקנו גשרים תקנו מרחצאות ר' יוסי שתק ענה ר' שמעון בן יוחאי ואמ' כל מה שתקנו לא תקנו אלא לצורך עצמם תקנו שווקים להושיב בהם סוחרים מרחצאות לערן בהן עצמן גשרים ליטול מהן מכס הלך יהודה בן גרים וסיפר דבריהם ונשמעו למלכות אמרו יהודה שעילה יתעלה ויסי ששתק יגלה לציפורי שמעון שגינה יהרג אזל הוא ובריה טשו בי מדרשא כל יומא הוו מיתין להו דביתיהו ריפתא וכוזא דמיא וכרכי כי תקוף גזירתה אמר ליה לבריה נשים דעתן קלה עליהן דילמא מצערי לה ומגליא לן אזלו טשו במערתא איהרחיש ניסא איברי להו חרובא ועינא דמיא והוו משלחי מנייהו והוו יתבי עד צואריהו בחלא כולי יומא גרסי בעירן צלויי לבשי מיכסן ומצלן והדר משלחי מנייהו כי היכי דלא ליבלן איתבו תדיסר שני במערתא אתא אליהו וקם אפתחא דמערתא אמר

אמר מאן לורעיה לבר יוחאי דמית קיסר
ובטיל גזירתיה נפקו חזו אנשי רקא
כרבי וזרעי וכו' id eſt, *Exorſus eſt R. Iehuda dicens: ô quantopere pulcra ſunt opera populi huius* (Romani) *! diſpoſuerunt fora, ordinarunt pontes, exſtruunt balnea.* R. *Ioſe ad haec ſubticuit. At* R. *Schimeon ben Iochai reſpondit, ac dixit: Quidquid ordinarunt, ordinarunt tantum proprii commodi cauſa.* (In tractatu de Idololatria ſcribitur זונורת *ſcorta*, ignominiae cauſa.) *Diſpoſuerunt fora, ut illic reſideant mercatores: balnea, ut voluptuentur in illis: pontes, ut capiant ex illis veſtigal. Tunc abiens R. Iehuda ben Gerim evulgavit hos ſermones, ita ut innotuerint Imperatori. Editum edictum huius argumenti: Iehuda, qui laudavit, extolletur. Ioſe, qui tacuit, relegabitur in Cypriam. Schimeon, qui vituperavit, occidetur. Tunc R. Schimeon & filius abſconderunt ſe in Schola, & attulerunt ipſis quotidie domeſtici ipſorum buccellam panis & poculum aquae. At quod ſeverum eſſet edictum regium, dixit pater filio ſuo: Mulierum animus levis & inſtabilis eſt, fortaſſe dolebunt noſtri cauſa & prodent nos. Abierunt itaque & occultarunt ſe in ſpecu quadam. Evenit miraculum; creata ipſis arbor ſiliqua,* [ut eius fructibus veſcerentur] *& ſcaturigo aquae. Illi, abiectis veſtimentis, ſederunt uſque ad collum in arena, tota die ſtudentes. Tempore precum, induebant & operiebant ſe ac precabantur: poſtea rurſus depoſuerunt veſtimenta ſua a ſe, ne veterarent. Cum ſic habitaſſent per annos duodecim* (in Bereſchit rabba, ſect. 79. ſcribitur שלש עשרה

עשרה *tredecim*. Sic in Medraſch Eſther, cap. I, 9. ad וגם ושתי, & in Medraſch Koheleth, cap. X, 8. ad וחופר גומין & in Talm. Hieroſol. lib. שביעית cap. 9.) *in ſpelunca iſta, venit Elias, & ſtans ad oſtium ſpeluncae, dixit: Quis notum faciet filio Iochai, quod mortuus eſt Caeſar, & inritum redditum eſt decretum eius? Egredimini & videte homines, quomodo colant & ſerant*, cetera. Haec in Talmud. Dicitur hic, illos interdiu ſemper ſtuduiſſe, unde comminiſcuntur vulgus Iudaeorum, eos conſcripſiſſe hic librum Zohar. Hoc primo fabuloſum omnino videtur: deinde incredibile, quia poſt mille demum annos, & amplius, innoteſcere primum liber iſte coepit. Quae Schola in Ægypto tamdiu duravit, ut eum tot ſeculis ab hominum manibus ſecluſerit? a vermibus & obliteratione conſervarit? Hoc animadvertens R. Abraham Zachut, auctor libri Iuchaſin, non R. Simeoni, ſed filio, (qui in Bereſchit rabba, ſect. 79. vocatur R. Elieſer) filii diſcipulis, & diſcipulorum diſcipulis eum adſcribit. Unde fol. 42. ſic ait: ספר הזוהר בנוהו על שמו אף על פי שהוא לא עשאהו כיון שתלמידיו ובנו ותלמידי תלמידיו עשוהו על מה שקבלו ממנו וכו׳. Neque hoc Rabbinis novum, adpellare libros quosdam ab alieno auctore. Nam & Miſchna, Siphra, Siphre, Toſiphta, facti dicuntur אליבא דר׳ עקיבא *ad cor & ſententiam R. Akivae*, etſi confecti ſint plus quam ſexaginta annis poſt mortem eius, ut ibidem auctor idem dicit. Et

fol.

fol. 52. de libro, qui vocatur Pirke, id est, *capitula* R. Eliesaris, sic scribit: כבר ידוע שאע"פי שהוא המכונה לרבי אליעזר האחרונים עשו פרקיו כמו הזוהר המכונה לר' שמעון וכן נמצא ספר יצירה המכונה לאברהם אבינו. id est, *Iam notum est, quod etiamsi iste liber* (Pirke) *cognomen habeat R. Eliesaris, posteriores tamen fecerunt capita eius, ut liber Zohar cognomen habet R. Simeonis. Sic & liber Ietzira nomen habet Abrahami Patriarchae nostri.* Haec ibi. His adde Targum in legem a Ionathane Uzielide nomen habens, quod falsissimum esse, docet dictionis diversitas, & fabularum frequentia. Ceterum Ramban, id est, R. Mosche bar Nachman, & R. Ascher nondum cognoverant Zohar. Mortuus est autem R. Ascher anno Christi cIↃ CCXLVIII. teste libro Iuchasin, dicto loco. Circa haec tempora prodiit liber similis argumenti, & similis stili, in Chaldaico sermonis genere, מערכת האלהות, cujus auctor putatur R. Peretz, teste Schalscheleth hakkabala fol. 55. Unde suspicio possit esse, ex materiae & stili similitudine, & Zohar tunc factum. Ergo secundum R. Abraham Zachut R. Schimeon non est eius auctor, quoad compositionem, sed quoad doctrinae summam, quam discipuli eius ab ipso didicerant. Si a discipulis profectus est, quanta annorum serie, aut quot seculorum connexione illi telam istam pertexuerunt, sic ut ad mille usque annos incognitus fuerit? Dubia itaque non immerito apud doctos est tanta libri huius antiqui-

tiquitas. Et tamen, si ante quingentos annos primum natus, vel etiam paulo superius, quid auctorem eius permovit, ut a tanta vetustate nomen quaereret,& tale quidem,quod a Cabalistica doctrina nullam antiquitatis laudem possidebat ? nam etiamsi per totum Talmud celeberrima huius Rabbi Schimeonis memoria sit, non tamen ob Cabalam illud est,sed ob decisiones Iuridicas, & sententias, in dubiis quaestionibus gravissime & prudentissime latas. Qui diligentius librum legerunt, dicunt auctorem eius meminisse historiarum quarumdam, quae novitatem sapiant. Eas recensere & in publicum producere, dignum operae pretium esset. Faciat qui potest, & cui libri copia.Nam certe non omnes,qui eum habent, de eo iudicare possunt, ob sermonis & rerum difficultatem. Ego nunc pergo in abbreviaturis.

רש"בם

Raschbam, id est, *R. Samuel filius Meir.* Hic Meir gener fuit R. Salomonis, & reliquit duos filios,unus dictus vulgo Raschbam, alter Rabbenu Tam,de quo in ר"ת. Raschbam hic fuit unus ex auctoribus תוספורת *additionum* Talmudicarum. Iuchasin, fol. 131. Obiit anno Christi ɔlɔ CLXXI.

רש"ט

רַבִּי שֵׁם טוֹב R. *Schem tobh*, auctor libri פרדס רמונים id est, *hortus malorum Punicorum.* Citatur saepe in libro Caphtor.

רש"י

רש"י

רַבִּי שְׁלֹמֹה יַרְחִי *Rabbi Salomon Iarchi*, abbreviate *Raschi* dictus, quem quidam scribunt *Rasi*, ut Mercerus in Genesin. Hic in integra Biblia & integrum fere Talmud commentatus est. Substitit in parte Talmudica ultima, in tractatu מכורת/ ubi fol. 19. 2. successit ipsi in commentando R. Iehuda, filius Nathanis, qui de praeceptore in haec verba scribit: רבנו גופו טהור ויצתה נשמתו בטהרה ולא פירש יותר מכאן ואילך לשון התלמיד ר' יהודה ב"ר נתן id est, *Rabbini nostri* (scil. R. Salomonis, ordinarii glossatoris) *corpus mundum est* (adludit ad textum ibidem, ubi de munditie corporis agitur) *& exivit anima eius in puritate, neque explicavit ulterius. Hinc & deinceps loquitur discipulus eius R. Iehuda, filius R. Nathanis.* Haec ibi. Commentaria eius omnium aliorum commentariis praeferuntur. Stilum habet concisum & strictum, unde saepe obscurus, & alium interpretem desiderat. Hinc alii exstiterunt, qui בֵּיאוּרִים *elucidationes* super Raschi scripserunt. Praeceptores eius fuerunt Rabbenu Gersom, & R. Salomon, filius Gavirol, doctores celeberrimi. Natione fuit Gallus, patria Trecensis. Quia autem inter omnes legis interpretes princeps est, ideo posteri oribus sapientibus κατ' ἐξοχὴν dictus fuit פַּרְשַׁנְדָתָה id est, מְפָרֵשׁ הַדָּת *interpres Legis.* Vixit annos septuaginta quinque. Mortuus an-

no Christi clɔcv. Iuchasin, fol. 131. Tzemach, fol. 54. auctor libri *Schalscheleth* reiicit eum ad tempora Rambam, de quo ante.

2. רֹאשׁ שִׁבְטֵי יִשְׂרָאֵל *Caput tribuum Israel.*

רש"ע. רש"לע

רִבּוֹן שֶׁל עוֹלָם *Domine mundi*, vel רִבּוֹן שֶׁל עוֹלָמִים *Dominus mundorum.* Epitheton Dei. Saepe interponitur ב/ ut רב"שע. [Saepissime reperitur cum pleonastico adfixo רִבּוֹנוֹ .]

ר"ת

רָאשֵׁי תֵּיבוֹת *Principia dictionum*, vel רֹאשׁ תֵּיבָה *Principium dictionis.* Sic vocantur abbreviaturae, de quibus hic agimus, eo quod constituuntur ex primis literis variarum dictionum.

2. רַבֵּנוּ תָּם *Magister noster Tam.* Fuit Rabbi Salomonis Iarchi ex filia nepos, alias R. Iacob dictus, unus ex auctoribus תּוֹסָפוֹת *additionum* Talmudicarum. Dictus autem fuit Rabbenu Tam, ex elogio Iacobi patriarchae, de quo Scriptura ait, וְיַעֲקֹב אִישׁ תָּם *& Iacob erat vir integer*, Gen. XXV, 27. Fratrem habuit in simili opere רש"בם *Raschbam*, de quo ante. Conscripsit etiam celebrem librum, qui dicitur סֵפֶר הַיָּשָׁר . Obiit in Gallia, non procul a patria avi sui, anno Christi clɔ cɪxx.

ש

שׁ

שַׁעַר *Porta.* Sic perſæpe vocant ſectiones librorum, quas nos capita dicimus: ut, שע"ד *capite* 74. Sic בעל עקידה *Baal akeda* ſuum librum diſtinxit in שְׁעָרִים; item liber *Reſchis chochma* in שערים diſtinctus eſt, unde in eo בש"ק/id eſt, בשער קרושה *in capite, quod incipit* קְרוּשָׁה.

ש"א

שום אִתְּתָא *Nomen mulieris*, Hebr. שֵׁם אִשָּׁה.

שא"לכ

Vide in אלכ.

ש"ב

שְׁאֵר בְּשָׂרִי *Propinquus carnis meae*, cognatus meus, ex Levit. XVIII, 6. In epiſtolis frequens.

ש"בנ

שום בַּר נַשׁ *Nomen filii hominis*, id eſt, nomen proprium viri. נַשׁ per aphaereſin, pro אֱנַשׁ. Uſurpant Maſorethae ad ea vocabula,

quae quandoque propria, quandoque communia & adpellativa ſunt. Adducit Elias in Fragmentis Tabularum. Noſtra exemplaria biblica nunc aliter habent, & fere integre voces ſcriptas.

שב"עפ

שֶׁבְּעַל פֶּה *Quae per os*, ſcil. tradita eſt. Praecedere ſolet תּוֹרָה *Lex*. Ea duplex: una תּוֹרָה שֶׁבִּכְתָב *Lex in ſcripto tradita*: altera תּוֹרָה שֶׁבְּעַל פֶּה *Lex ore tradita*. Haec traditiones continet, quas ore tantum alter alteri tradiderunt, inde a Moſe uſque ad deſcriptionem Talmud, in quo ſcriptis comprehenſae. In Zohar pro litera ש ponitur more Chaldaico & Talmudico ד / ut אוריתא דב"עפ *Lex ore tradita*.

ש"ג

שֶׁל גּוֹיִם *Gentilium*, id eſt, Chriſtianorum, vel ſingulariter שֶׁל גּוֹי *Chriſtiani*: ut, חָתַךְ בְּסַכִּין ש"ג *quod diſcidit cultro hominis Chriſtiani*. Iudaei non quidvis quibusvis cultris ſcindunt. Habent ſemper apud ſe duos cultros: unum, סַכִּין שֶׁל בָּשָׂר *cultrum carnis*, ad carnium ſcindendarum uſum deſtinatum: alterum, סַכִּין שֶׁל חָלָב *cultrum lactis* & lacticiniorum, ac fructuum. Iam quaeſtio eſt, an licitum ſit comedere, quod cultro ש"ג ſciſſum aut mactatum ſit.

ש"ך

ש"ר

שֹׁרֶשׁ דָּבָר *Radix rei*, principalis ſtatus, fundamentum, praecipuum rei. [Iob. XIX, 28.]

2. שְׁפִיכוּת דָּמִים *Effuſio ſanguinum*, caedes, latrocinia. Hinc in tractatu Talmudico Ioma, fol. 9. legitur : Sanctuarium primum quare fuit vaſtatum ? ob tria ſcelera : nempe propter עֲבוֹדַת אֱלִילִים וְגִלּוּי עֲרָיוֹת וּשְׁפִיכוּת דָּמִים / *idololatriam, inceſtuoſum concubitum, & effuſionem ſanguinum*, ſive caedes. Haec tria abbreviate ſolent ſcribere ע"א ג"ע וש"ד / ut ſuis locis dictum.

3. שַׁפִּיר דָּמֵי *Pulcrum*, bonum, rectum videtur, rectum eſt. Tal.

ש"ה

שַׁלְשֶׁלֶת הַקַּבָּלָה *Catena kabalae.* Nomen eſt libri hiſtorici, qui in Tzemach David ſaepe citatur.

שה"ו פ"הי

שַׁבָּת הַיּוֹם / פֶּסַח הַיּוֹם *Sabbatum eſt hodie*, *Peſach eſt hodie.* vide Eſth. III, 8. in Targ. ſec. Talm. Megilla fol. 13.

שה"ע"ה

שְׁלֹמֹה הַמֶּלֶךְ עָלָיו הַשָּׁלוֹם *Salomon rex, ſuper quo ſit pax.* Sic aliquando, רה"ע"ה pro דָּוִד הַמֶּלֶךְ *David rex*, &c.

ש"ן

שְׁתִי וְעֵרֶב *Stamen & ſubtegmen.* Textorum vocabula ſunt. Huiusmodi textura, quia per formam crucis fit, ideo ad crucem adpellandam hac locutione utuntur: ut קרעו ש"ן *laceravit illud cancellatim*, σαυροειδῶς, *per formam crucis.* Adpellant etiam ſic crucem Chriſti. Unde Rabbi Bechai Deut.XXX, fol.220.col.4. editionis Venetae, in folio, explicans locum hunc, *Qui ſanctificant ſe & qui mundant ſe in hortis, poſt unum in medio*, Ieſa.LXVI,17. ſic ſcribit: Sanctificantes ſe, *illi ſunt filii Edom*, (id eſt, Chriſtiani) *quorum conſuetudo eſt, movere digitos ſuos hinc inde* (id eſt, ſigno crucis ſe ſanctificare.) Purificantes ſe, *illi ſunt filii Iſmael* (id eſt, Turcae) *quorum conſuetudo eſt lavare manus ſuas & pedes ſuos*, (quam abluendi conſuetudinem ab Eſau & Iudaeis habent,) Poſt unum in medio ירמוז לשתי וערב של אדום *id ſignificat crucem Edomaeorum*, (id eſt, Chriſtianorum) *per quam ſe ſanctificant.* Kimchi ad eumdem locum Ieſaiae notat: Sanctificantes ſe; *Plerique interpretes explicant de illis, qui ſanctificant ſe manibus ſuis* בשתי וערב (id eſt per crucem) *quam faciunt.* Intelligit Chriſtianos, quos mox illic expreſſe vocat נזרים, [*Natziraeos.*]

ש"ום

שפיר/ווירמש/מענץ/Germanica vocabula ſunt,

ſunt. Speir/ Worms/ Mentz/ *Spira*, *VVormatium*, *Moguntia*. In contractibus matrimonialibus ſolent uti hac abbreviatura. Nempe, ſi uxor aut maritus primo vel ſecundo anno moriatur absque liberis, tunc ſervatur conſtitutio vel ius priſcum trium harum urbium, in quibus ſynagogae Iudaicae totius Germaniae fuerunt antiquisſimae. Conſtitutio iſta fuit, ut, ſi alterutra pars intra biennium decedat ſine liberis, pars ſuperſtes capiat totam dotem partis defunctae. Si tertio anno maritus absque herede moriatur, tunc uxor nihil capiat, niſi dotem propter nuptias. Subſcribunt ergo ad hos contractus, כְּתִקְנַת ק"ק שו"ם id eſt, *iuxta conſtitutionem ſynagogarum ſanctarum Spirae, VVormacii, Moguntiae.*

שו"ש

שָׂשׂוֹן וְשִׂמְחָה *Gaudium & laetitia.* Plerumque cum ב ſervili. In epiſtolis, cumprimis optionibus, & adprecationibus votivis eius uſus obtinet. Ex Gemara Talm. Babyl. Succa c. IV, §. 5. hac occaſione (iuxta vulgarem in ſimili caſu diverbii Rabbinici uſum: פרצה קראה לגנבא i. e. *ruptura facit furem*; quod nos dicimus, *occaſio facit furem*,) lepidam fabulam ex Hebraeo converſam huc tranſcribere operae exiſtimamus eſſe pretium. *Duo fuerunt haeretici, quorum unus* שִׂמְחָה *alter* שָׂשׂוֹן *adpellabatur. Ait Saſon ad Simcha: ego omnino longe praeſtantior ſum te, ſiquidem Scriptum eſt:*

gaudium & laetitiam consequentur Es. XXXV, 10. (hoc loco Sason *Simcha* ordine prior est) *Regerit alter: ego dignitate longe te iure divino antecello, quoniam* S. E. Laetitia & gaudium obviabat eis, Esth. VIII, 17. (Heic Simcha prior est τῷ Sason.) *Ait Sason Simchae: Olim deturbatus e coelo exulabis, atque Israelitarum praecursor futurus es, ipsis viam monstrans, & aquarum vada primum tentans; secundum illud, quod scriptum est*: cum Laetitia exibitis, Es. LII, *Cui alter: de te eiusmodi quid praedixit olim* Esaias, c. XII, 3. haurietis aquam cum gaudio. *Dicit Sason τῷ R. Abbu: Seculi futuri temporibus in mei honorem aquam haurietis e Siloah*, Q. S. E. & haurietis cum gaudio. *Ad hoc Abbu regessit: Si* לששון *scriptum esset, utique commoda esset interpretatio tua; ast nunc, quia exstat* בששון, *tibi detrahenda esset cutis, & implenda aqua in festo.*]

ש״ז

שִׁכְבַּת זֶרַע *Concubitus seminis*, seminis profusio inanis.

ש״ח

שִׂנְאַת חִנָּם *Odium inmeritum.* Hoc viguisse dicunt in Templo secundo, & propterea etiam vastatum esse. Quia vero illud peccatum nondum est satis expiatum, ideo differtur Templi restauratio. Æquiparatum etiam fuit hoc peccatum tribus peccatis, quae viguerunt in Templo primo, de quibus paulo ante dictum in ש״ל.

2. שׁוֹמֵר חִנָּם *Custodiens gratis*, cui opponitur שׁוֹמֵר שָׂכָר *custodiens pro mercede.* Talm.

ש"ט

שֵׁם טוֹב *Nomen bonum*: נִפְטַר בש"ט *discessit ex hac vita cum nomine bono.* Est & nomen proprium, ut supra dictum, [in רש"ט .]

שי"ר

שְׁתִיקָה יָפָה בְּשַׁעַת הַתְּפִלָּה *Silentium pulcrum est tempore precum.* Vidi in synagogis Iudaeorum, parietibus inscriptum. Sed nihil minus, quam hoc, ab ipsis observatur.

שי"לנע

שֵׁם / יֶפֶת / לֶמֶךְ / נוֹחַ / עֵבֶר *Schem, Iaphet, Lamech, Noach, Ebber.*

ש"ינ

שֶׁיִּחְיֶה נֶצַח *Qui vivat aeternum.* In epistolis eius usus, quando viventis nomen exprimunt.

ש"ינ

שְׁלֹמֹה לוּרְיָא *Salomo Luria.* Nomen proprium celebris Rabbini est, qui scripsit librum de cibis & aliis rebus vetitis ac licitis. In eum librum commentarius exstat, in quo subinde haec abbreviatura occurrit.

2. שֶׁחָטָאנוּ לְפָנֶיךָ *Qui vel quod peccavimus coram te:* in libris aut formulis precum.

3. שַׁיָּיךְ לְעֵיל *Pertinet ſupra*, id eſt, ad ſuperiora, convenit antecedentibus adiungi.

של"ט . שלו"טא

שֶׁיִּחְיֶה לְיָמִים טוֹבִים אָמֵן *Qui vivat ad dies bonos, Amen.* Euphemia poſt viventis nomen. In titulis librorum ſaepe occurrit.

שׁ"לש

שָׁלוֹם לְךָ שָׁלוֹם *Salus tibi ſit, ſalus*, id eſt, ſalutem plurimam tibi dico. In epiſtolarum exordiis utuntur.

שׁ"מ

1. שְׁמַע מִנָּא *Audi ex eo.* Scribitur & מִנָּה. Apud Talmudicos frequens, pro *inde ſcias*, cognoſcas, intelligas, diſcas. Vel, שְׁמַעְנָא מִינָּא *audimus, percipimus inde.*

2. שֵׁם מְפוֹרָשׁ *Nomen expoſitum.* Cabaliſtae ſic vocant expoſitionem nominis tetragrammati יְהוָה. Saepius tamen dicitur הַמְפוֹרָשׁ.

3. שֻׁלְחָן מְלָכִים *Menſa Regum.* Talm.

שׁ"מע

1. שַׁחֲרִית / מִנְחָה / עַרְבִית *Matutinum, veſpertinum, noctturnum*, quae ſunt tria tempora precum.

2. שַׁדַּי מֶלֶךְ עוֹלָם *Omnipotens Rex mundi.*

3. שְׂאוּ מָרוֹם עֵינֵיכֶם *Attollite ſurſum oculos veſtros.*

שׁ"נ

ש"נ

שִׁיחָיָה נָצָה/ut antea in שׁ"יב/quomodo recțius ſcribitur.

שנ"ב

שֶׁהַכֹּל נִהְיָה בִּדְבָרוֹ *Cuius verboomnia exſiterunt*, ſcil. benedictus ſit. Pars eſt conſecrationis ſacrae in ciborum uſu.

ש"ס

שִׁשָּׁה סִדְרֵי *Sex ordines, ſex partes operis Talmudici*, quo nomine totum Talmud adpellant: ut, ב"שס *in Talmud*; שב"שס *quod in Talmud*, שה"שס *quod* &c. In Targum Ion. כָּל קִבֵּל שִׁית סִדְרֵי מַתְנִיתָא *Iuxta ſex ordines traditionum* Talmudicarum. Exod. XXVI, 9. מַתְנִיתָא idem quod Rabbinice מִשְׁנָה id eſt, δευτέρωσις *traditio, ſecundaria lex* & doctrina, quae opere Talmudico comprehenditur.

שס"ה

Literae numerales ſunt, valentes 365, quot ſunt dies anni, & quot ſunt praecepta Legis prohibitiva. De his traditio Talmudica in tractatu מכות *Makkoth* cap. III. fol. 23. 2.

תר"ג מצות נאמרו לו למשה בסיני
שס"ה לאוין כמניין ימות החמה רמ"ח
עשיים כנגד איבריו של אדם אמר רב
המנונא מאי קרא תורה צוה לנו משה
מורשה

מורשה תורה בגימטריא היכי id eſt, *613. praeceptа dicta fuerunt Moſi in Sinai; 365 negativa, iuxta numerum dierum ſolarium, 248 factiva ſive adfirmativa, iuxta membra hominis. Dixit Rabbi Menumna: Qua Scriptura id probatur?* תורה *Legem praecepit nobis Moſes hereditariam*, Deut. XXXIII, 4. *ubi* תורה *Geometrice eſt* 613. Ad hanc traditionem R. Salomonis gloſſa eſt: 248 *praeceptа faciendi ſunt, quia unicuique membro dicitur: fac, ſerva praeceptum. 365 praeceptа non faciendi ſunt, quia unoquoque die monentur homines, ne transgrediantur os DOMINI.* Vide Caphthor fol. 145.

ש׳ע

שְׁמִינִי עֲצֶרֶת *Octavus dies interdicti* ſive prohibitae operae. Octavus dies feſti Paſchatis & Tabernaculorum ſic vocatur, quod totus ſacer ſit, & omnis ſervilis opera in eo prohibita. Vide Lev. XXIII, 36. Deut. XVI, 6.

2. שֶׁל עוֹלָם *Mundi.* Sic praecedit רִבּוֹן vel רִבּוֹנוֹ/ut ſupra in רש״לע poſitum.

3. שֻׁלְחָן עָרוּךְ Nomen libri eſt, conſtitutiones omnes iuris utriusque continens. Is ſic abbreviate ſaepe citari ſolet.

שע״חזל

שָׁחוֹר עַל הַלָּבָן זֵכֶר לְחָרְבָּן *Nigrum ſuper albo, memoriale eſt deſolationis*, ſcil. Templi & urbis. Eius numquam obliviſci debent, iuxta id quod dicitur Pſal. CXXXVII, 5. 6. Inde nigrum orbem

orbem aut aliam figuram parietibus albis aedium vel ſynagogarum adpingere ſolent, cui abbreviaturam iſtam interdum adponunt.

ש"פ

שָׁוֶה פְּרוּטָה *Pretium aequum pecuniae. Prutah* parvae monetae ſpecies, unde ſynechdochice pro pecunia uſurpatur. שָׁוֶה *aequum, aequale*, quod aequo precio pecuniae reſpondet.

ש"צ

שְׁלִיחַ צִבּוּר *Legatus, nuncius*. miniſter coetus ſeu ſynagogae, qui ad eccleſiae vel ſcholae officia expedienda mittitur, aedituus. Cum ſervilibus, כש"צ ושש"צ, [& cum ה articulo השה"צ.]

שצ"ם חנ"בל

Vide ſupra in litera ה.

ש"ר

שְׁמוֹת רַבָּא *Gloſſa magna in Exodum.* Vide ב"ר.

2. שֵׁם רַע *Nomen malum.*
3. שָׁלוֹם רַב *Salus plurima.*

ש"רי

שֵׁם רְשָׁעִים יִרָקַב *Nomen improborum putreſcat*, ex Prov. X. 7. Reperi in libro Kabalae R. Abraham. fol. 26. col. 4. & in lib. Iuchaſin, fol. 159. de Tzadok & Baiethoſo, primis Zaduc aeorum auctoribus, uſurpatum. In eadem Ki-

Kabala Rabbi Abrahami fol, 33. col. 4. legitur: על אילו נאמר זכר צדיק לברכה ועל המינים נאמר שם רשעים ירקב id eſt, *De illis* (iuſtis Iſraelitis) *dicitur: memoria iuſti benedicta ſit. De haereticis vero dicitur: nomen improborum putreſcat.*

ש"ש

שֵׁם שָׁמַיִם *Nomen coelorum*, id eſt, nomen Dei, coelos inhabitantis. Cum ſervili, כל מעשיך יהיו לש"ש *omnia opera tua ſint ad* honorem *nominis Dei.*

2. שְׁמוּאֵל שׁוּלָם Nomen proprium Rabbini, de quo vide in אש"ש.

ש"ת

שְׁלָמָא תִּנְיָנָא *Salus ſecunda.* In fine literarum uti ſolent, quando poſt concluſionem amplius aliquid adiicitur, quod altera ſalutis precatione clauditur, ut nos dicimus: *Iterum vale.*

2. שְׁמָא תֵּימָא *Forte dices, obiicies.*

3. שׁוֹמֵעַ תְּפִלָּה *Exaudiens preces.* In fine precum ſolent dicere ב"אי ש"ת / quae vide in litera ב.

4. שַׁעַת תְּפִלָּה *Hora, tempus precationis*, ut שׁוֹאֵל אָדָם צְרָכָיו בש"ת *Cupiens homo neceſſitatis naturae conſulere in tempore precum.*

ת

ת"א

תַּרְגּוּם אַחֵר *Targum aliud.* Targum, id eſt, *Translatio*, paraphraſis Chaldaica.

2. תַּרְגּוּם אוּנְקְלוֹס *Targum Onkeloſii* vel Onkeli. Sic accipitur in R. Salom. Exod. XXXVIII, 4. Pro תרגום dicitur & תִּרְגֵּם *transfert, interpretatur.* Quinque libros Moſis tantum hic auctor in linguam Chaldaicam tranſtulit. Fertur fuiſſe filius ſororis Titi Veſpaſiani, & ad Iudaiſmum converſus, dictus fuit אוּנְקְלוֹס הַגֵּר *Onkelos proſelytus.* Ita ſcribit auctor libri Iuchaſin, folio 52. ſed non ſatis clarum & verum eſt. Vixit tempore Chriſti, & antea diximus, eum iuſta feciſſe Rabban Gamalieli ſeni, apoſtoli Pauli praeceptori, qui octodecim annis ante vaſtatam urbem obiit. An hic Onkelus excidium illud viderit, incertum eſt. Cum ſervilibus literis, ש"תא/ב"תא .

תא"ם

תְּהִלִּים / אִיּוֹב / מִשְׁלֵי *Pſalmi, Iob, Proverbia.* Aqud Maſorethas; ſed communius tranſpoſitis literis vocantur אמ"ת, ut ſuo loco dictum.

ת"ב

תִּשְׁעָה בְּאָב *Nonus dies menſis Af*, id eſt, Iulii.

lii. Hoc die vehementer lugent, ieiunant, discalceati incedunt, preces dicunt, & sacra peragunt, quia Templum secundum hoc ipso die vastatum.

ת"בכ כ"בנ

תְּפִלָּה בְּלֹא כַּוָּנָה כְּגוּף בְּלֹא נְשָׁמָה *Precatio sine intentione, est sicut corpus sine anima.* Parietibus synagogarum inscribi solet, etsi nullibi minus intentionis sit, quam in ipsorum precibus.

ת"ג

1. תְּנוּעָה גְּדוֹלָה *Motio magna*, id est, vocalis longa. Gram.

2. תְּקִיעָה גְּדוֹלָה *Clangor magnus.* In Minhagim & ritualibus libris usurpatur, ubi modus clangendi in festo novi anni describitur.

ת"ח

תְּקוּמַת הַמֵּתִים vel תְּחִיַּת *Resurrectio* aut *revificatio mortuorum.*

2. תְּפִלַּת הַדֶּרֶךְ *Precatio viae*, id est, iter facientium.

ת"ו

Apud Chronologos ת est תְּחִלַּת *Principium:* & ו est *Sex*, nempe, principium horae sextae, & initium perpetuum Tekuphae, sive *aequinoctii verni*, mense Nisan sive Martio.

תו"בב

תִּבָּנֶה וְתִתְכּוֹנֵן בִּמְהֵרָה בְיָמֵינוּ *Aedificetur & erigatur citoin diebus noſtris*, ſcil. Ieruſalem, urbs ſancta. Subiectum legitur aliquoties nomini צִפַּת quo Ieruſalem intelligitur, ſive ſimpliciter, ſive abbreviate, pro צְבִי פְּאֵר תִּפְאַרְתֵּנוּ vel תִּפְאַרְתּוֹ/quomodo terra Iſraelis adpellatur אֶרֶץ צְבִי/Dan. VIII, 9. & XI, 16. Ezech. XX, 6. Pſal. XLVIII, 3.

תוש"לבע

תַּם וְנִשְׁלַם שֶׁבַח לְאֵל בּוֹרֵא עוֹלָם *Abſolutum & perfectum eſt : laus ſit Deo creatori mundi.* Fini librorum adponi ſolet. Aliquando plenius ſcribitur, תונש"לבוע .

ת"ח

תַּלְמִיד חָכָם *Diſcipulus ſapientis*, ſapientiae ſtudioſus, philoſophus, ſapiens: plur. תַּלְמִידֵי חֲכָמִים . Apud priſcos Hebraeos uſitatum fuit, ſe non ſapientes, ſed diſcipulos ſapientum adpellare. Hodie nulli tituli ſufficiunt, quibus ſuam ſapientiam glorioſisſime ſatis proclament. Vide ſupra in litera כ.

2. תָּא חֲזִי *Veni, vide.* In Zohar frequens, quando lectorem ad ocularem quodammodo demonſtrationem revocant. [In libro μυστηριώδη Apoc. VI. 1. Similis plane occurrit locutio: ἔρχου καὶ βλέπε, *veni & vide.*]

ת"י

תַּרְגּוּם יְרוּשַׁלְמִי *Targum Ieruſchalmi*, ſive Hieroſolymitanum. Raro id denotat. ſed integre ſcribi ſolet תרגום ירושלמי differentiae cauſa. Sic uſurpatum in Aruch in voce מרגל & in ממן ſecundo, a ſcribis potius, quam ab auctore. Praecedunt literae ſerviles ו & כ / ut, ו"תי / item כ"תי *& ſic*, &c.

תי"בע

תִּרְגֵּם יוֹנָתָן בֶּן עוּזִיאֵל *Interpretatur Ionathan, F. Uzielis.* Vide ו"ע.

תיו"בתא

תִּשְׁבִּי יָבֹא וְיָגִיד בְּפִיו תִּירוּץ אֲמִתִּי *Thisbi veniet, & indicabit ore ſuo ſolutionem veram.* In praefatione libri יוכף דעזרא. Idem cum ſequenti תי"קו.

תי"קו

תִּשְׁבִּי יְתָרֵץ קְשָׁיוֹת וּבְעָיוֹת *Tiſchbi ſolvet obiectiones & quaeſtiones.* In Talmud frequentiſſimum, quando occurrit quaeſtio vel obiectio difficillima, quam explicare nequeunt. Tunc ad Tiſchbi, id eſt, Eliam propheram reducem, eius ſolutionem reiiciunt. Elias autem ſic vocatur 1. Reg. XVII, 1. Sic R. David Ezech. XLII. ab initio de ſtructura nova iſta dicit: *Dico ego, quod textum hunc* עתיד אליהו לפרשו *explicaturus eſt aliquando Elias.*

ת"כ

ת"כ

תּוֹרַת כֹּהֲנִים *Lex ſacerdotum.* Libri antiquiſſimi nomen eſt, agens de ritibus & iuribus ſacerdotum ex libro tertio Moſis. Alias etiam ſimpliciter סִפְרָא adpellatur, & conſcriptus eſt circa annum Chriſti centeſimum. Inde frequens apud Talmudicos תניא ב"ת *Traditio eſt in Toras cohanim.* Vocatur liber tertius Moſis תורת כוהנים: ut, מנשה היה שונה חמשים וחמשה פנים בתורת כוהנים *Menaſſe quinquaginta quinque modis explicavit librum tertium Moſis*, Sanhedr. fol. 103. 2.

ת"ל

תַּלְמוּד לוֹמַר *Doctrina eſt dicere, doctrina textus, vox haec vult dicere.* Talmudici & Rabbini utuntur, quando aliquid, notanter vel generaliter dictum, latiori vel ſpecialiori doctrina explicant: ut, עַל כֵּן יַעֲזוֹב אִישׁ *adeirco relinquet vir patrem ſuum, &c.* Gen. II, 24. איש מה תלמוד לומר Iſch *quae doctrina eſt ad dicendum?* quid me docet vocabulum *Iſch?* איש ולא אשה Iſch *vir*, & non *mulier*, ait.

2. תְּהִלָּה לְאֵל *Laus Deo.* Aliquando additur ח in fine, pro חי *vivo.*

3. תֵּרֵי לְשָׁנֵי *Duae ſignificationes.* Apud Maſorethas, quando vocabulum aliquod duo ſignificata diverſa habere notant. Cum ſervili ב"תל *in duplici ſignificato.*

4. תִּרְצֶה לְיֵדַע *Voluerit ſcire.* In libro aſtro-

nomico עֲבֵרונות ſaepe occurrit : Vel, תִּרְצָה לַחֲשׁוֹב *volueris ſupputare.*

ת"לח

In praecedenti explicatum.

ת"ם

תְּבוֹרַךְ מִנָּשִׁים *Benedicta ſis prae mulieribus,* ſcil. aliis, id eſt, omnium aliarum mulierum benedictisſima, ex Iudic. V, 24. Nomini mulieris viventis ſubiici ſolet, quando in epiſtolis ſalus ipſi adſcribitur. [vide etiam מב"ת .]

ת"מכ

תְּהֵי מְנוּחָתוֹ כָּבוֹד *Sit requies eius glorioſa.* De piis defunctis ſic loquuntur.

תמכ"עוכי

תְּהֵא מִיתָתוֹ כַּפָּרָה עָלָיו וְעַל כָּל יִשְׂרָאֵל *Sit mors eius propitiatio pro ipſo & pro univerſo Iſraele.* Sic loquuntur de reo ad mortem condemnato, ut eius morte delictum expietur, & alii exemplum capiant & ſibi caveant. Miſera conſolatio.

תנ"בעא

תְּהֵי נַפְשׁוֹ בְּגַן עֵדֶן אָמֵן *Sit anima eius in paradiſo, Amen.* Pro נפשׁן communius dicunt מְנוּחָתוֹ *requies eius.* De defunctis.

תנ"ר

תנ"ה

תְּנָיָא נָמֵי הָכִי *Doctrina, traditio etiam talis eſt.* Talm.

תנ"כ

תּוֹרָה / נְבִיאִים / כְּתוּבִים *Lex, Prophetae, Hagiographa,* tres partes totius ſacrae Scripturae Veteris Teſtamenti. Apud Maſorethas in uſu eſt, ut Deut. XXI, 23.

תנ"צבה"

תְּהִי נַפְשׁוֹ צְרוּרָה בִּצְרוֹר הַחַיִּים *Sit anima eius ligata in faſciculo viventium*, ex 1. Sam. XXV, 29. De defunctis.

ת"ס

תִּקּוּן סוֹפְרִים *Correctio, aptatio Scribarum.* Octodecim loca biblica ſunt, quae dicuntur ſcribae correxiſſe, & enumerantur in principio libri Numerorum in notis Maſorethicis. Aben Eſra ipſorum conrectionem plerumque reiicit, & recte.

ת"ע

תְּרֵי עָשָׂר *Duodecim.* Pro עשר Chaldaice עסר / & inde, eliſa gutturali, תְּרֵיסַר Sic adpellant Prophetas minores, quorum libri duodecim ſunt.

2. תְּפִלַּת עַרְבִית *Oratio veſpertina.* In precum libris.

3. תּוֹרַת עוֹלָה Libri celebris nomen eſt, qui ſaepe citatur in Caphtor.

תע"ב

תָּבוֹא עָלָיו בְּרָכָה *Veniat ſuper eum benedictio.* In epigraphis literarum eius uſus eſt. Vide Epiſtolas noſtras Hebr.

ת"ק

תְּנוּעָה קְטַנָּה *Motio parva*, id eſt, *vocalis brevis*, vel pluraliter, תְּנוּעוֹת גְּדוֹלוֹת Gram.

2. תְּקִיעָה קְטַנָּה *clangor parvus.* Vide ת"ג.

3. תַּנָּא קַמָּא *Doctor primus.* Doctores Talmudici vocantur Tannaiim. Cum literis ſervilibus, אַתַּנָּא קַמָּא. Sic לְתַנָּא, כְּתַנָּא, מִתַּנָּא.

ת"ר

תָּנוּ רַבָּנָן *Tradiderunt, docuerunt Rabbini noſtri.* Talm.

תְּהוֹם רַבָּא *Abyſſus magna.*

תר"ג

Literae numeri ſunt, valentes 613, in quot praecepta univerſa Lex Moſis dividitur Iudaeis. Horum mentio in Targum, ubi Noomi dicit: אִיתַּפְקִידְנָא לְמִנְטַר שִׁית מְאָה וּתְלָת עֲסַר פִּקּוּדַיָּא id eſt, *Iubeor ego obſervare 613 praecepta*, Ruth. I, 16. in Venetis. Vide ſupra ר"מח.

ת"ש

תָּא שְׁמַע *Veni audi.* In Talmud frequens, quando ad obiectionem reſpondent.

[2. In Zohar ſaepius occurrit, quoties arcana dogmata coeleſtiaque myſteria diſcipulis ſuis Iochaides pandere geſſit.]

תש"בעפ

תש"בעפ

תּוֹרָה שֶׁבְּעַל פֶּה *Lex oretenus tradita.* Traditiones patrum ſic vocantur.

תש"בצ

תְּשׁוּבוֹת שִׁמְעוֹן בַּר צֶמַח *Reſponſiones Schimeonis, filii Tzemach.* Scripſit librū שְׁאֵלוֹת וּתְשׁוּבוֹת *Quaeſtionum & reſponſionum*, qui ſic abbreviate citari ſolet. Meminit Iuchaſin, fol. 134.

תש"ורת . תש"ת . תר"ת

Tria ſymbola ſunt clangorum, quos edunt in feſto tubarum. Primo die רֹאשׁ הַשָּׁנָה *novi anni* cornicen ter cornu inflat, ſonis diſtinctis. Primo ſonos edit, quos prima abbreviatura denotat, nempe, תְּקִיעָה / שְׁבָרִים תְּרוּעָה / תְּקִיעָה *Tekia*, ſonus fixus & aequalis: *Schevarim*, fractus: *Teruah*, mixtus. Secundo, quos ſecunda abbreviatura, *Tekia, ſchevarim, tekia.* Tertia, *tekia, terua, tekia.* Obſervandum, ex תְּרוּעָה non eſſe primam literam deſumtam, ſed ſecundam, ut haec vox diſtingueretur a תקיעה quae & ipſa a litera ת incipit. Inſolens alioquin plane eſt, alias, quam primas literas, ad abbreviaturas transferri.

ת"ת

תַּלְמוּד תּוֹרָה *Studium Legis*, quod magnifice paſſim praedicant. Cum ſervili, כל אדם חיוב בת"ת *omnis homo obligatus eſt ad ſtudium Legis:* כל מי שאינו עוסק בת"ת נקרא נזוף

Quicumque non dat operam ſtudio Legis vocatur reprobus. Et Rambam parte 1. Madda, folio 18. ſcribit: אין לך מצוה בכל המצות כולן שהיא שקולה כנגד למוד תורה אלא תלמוד תורה כנגד כל המצות כולן שהתלמוד מביא לידי מעשה id eſt, *Non eſt praeceptum ullum inter omnia praecepta, quod tantum ſit, quantum ſtudium Legis; ſed ſtudium Legis aequiparatur omnibus praeceptis, quia ſtudium adducit ad opus*, ut ſcil. id opere praeſtet, quod per ſtudium adprehendit.

2. תַּלְמִיד תּוֹרָה *Diſcipulus legis, ſtudioſus Theologiae.* Sic apud priſcos Hebraeos ſe quidam vocarunt, quod magis pium & honorificum cenſerent, vocari *diſcipulum legis*, ſeu verbi divini, quam חכמים *ſapientum*, qui etiam traditionibus & legi non ſcriptae innitebantur.

3. תִּפְאֶרֶת *Decus.* Species una ex decem numerationibus Cabaliſticis, quam ſic a prima & ultima litera notant. Frequens in Zohar, & aliis libris Cabaliſticis.

תם ונשלם כפר ראשי תיבות

זבח תודה לרוכב בערבות

FINIS.

OPE-

OPERIS
TALMVDICI
BREVIS RECENSIO
Cum
EIVSDEM LIBRORVM ET CAPITVM ALPHABETICO INDICE.

ALterum ſubſidium, quod intelligentiam in libris Rabbinorum iuvat, eſt tenere, vel ad manus expoſitam habere, operis Talmudici in libros & capita diviſionem, & eorum alphabeticum indicem. Inde enim, ad rectam & perfectam ſuae doctrinae confirmationem, plura fere adducere & citare ſolent, quam ex Lege aut Prophetis. Citant autem quandoque partes eius generales, quandoque partium libros, quandoque librorum capita, interdum libros & capita ſimul: capita autem vel numero, vel primis ipſorum verbis. Exempli cauſa: prima verba Lexici Talmudici Aruch ſunt: בְּשַׁבָּת בְּרֵישׁ גְּמָרָא דְּפֶרֶק הַבּוֹנֶה *In Schabbath, in principio Gemarae, capitis Habbone.* Hic *Schabbath* eſt libri Talmudici nomen: *Gemara*

pars textus Talmudici : *Habbone* prima vox, a qua caput libri istius incipit. בְּסַנְהֶדְרִין פֶּרֶק כ"ו בְּכֵלִים *In Sandal cap. XXVI, in Kelim.* Hic caput & prima voce *Sandal*, & numero citatur, addito libro, qui vocatur *Kelim*: בפ"ר דְּטָהֳרוֹת *In cap. IV. Taharoth.* Hic caput per numerum dumtaxat citatur, cuius liber dicitur *Taharoth*: כְּמוֹ שֶׁמָּצִינוּ בְּפֶרֶק הַיָּשֵׁן *Sicut reperimus in cap. Haiaschen.* Hic caput tantummodo adducitur ex prima voce, omisso numero & libro. Haec omnia, & similia, adducuntur ex Talmud. Saepe etiam libros vel capita non indicant, sed simpliciter dicunt, אָמְרוּ רַבּוֹתֵינוּ *Dicunt Rabbini nostri*, כראמרו רבותינו *sicut aiunt magistri nostri*: אמרו החכמים *dicunt sapientes*: פירשו רבותינו *interpretantur magistri nostri.* Sic glossa R. Salomonis, quam adducit Zach. XI, 1. ubi inquit, ופירשו רבותינו *& explicant Rabbini nostri*, petita est ex libro Talmudico יומא *Ioma*, cap. 4, fol. 39. ad illud Prophetae: *aperi Libane portas tuas*, quod Talmudici explicarunt de sponte apertis ianuis Templi, quadraginta annis ante eius incendium. Haec quia historiam Novi Testamenti inlustrat, obiter hoc loco notanda. Apud Evangelistas recensentur miracula quaedam, quae tempore mortis Christi acciderunt. Inter ea est, *velum templi sponte scissum esse in duas partes.* Sic in iure Talmudico dicitur, *quadraginta annis ante desolationem Templi, portas Templi sua sponte apertas fuisse*, quod cum hoc velo scisso convenire omnino videtur. Verba textus sunt:

תנו רבנן ארבעים שנה קודם חורבן הבירת לא היה גורל עולה בימין ולא היה לשון של זהורית מלבין ולא היה נר מערבי דולק והיו דלתות ההיכל נפתחות מאליהן id est, *Docuerunt Rabbini; quadraginta annis ante desolationem Templi non ascendit amplius sors in manum dexteram, neque amplius particula coccinea albescebat, neque lucerna vespertina ardebat, & fuerunt portae Templi apertae ex seipsis:* Ioma *fol.* 39, *pag.* 2. Postremum hoc Syrus interpres refert, וּמַחְדָּא אַפֵּי תַרְעָא דְהֵיכְלָא אִצְטַרִי *Et protinus facies portae Templi scissa est.* SORS, de qua Levit. XVI, 8. quae manui dexterae obveniebat, imponebatur hirco, ad dextram sito, qui DOMINO sacer, & macabatur pro expiatione peccatorum; altera sors, manui sinistrae obveniens, imponebatur hirco Azazel, qui in desertum emittebatur. PARTICULA COCCINEA, longa & lata erat instar linguae, unde vocatur לשון. Haec ponebatur inter cornua ad frontem hirci emissi, & ad ianuam porticus Templi, ea si albescceret post hircum emissum, laetabantur admodum, & signum erat remissorum peccatorum populi, iuxta illud Prophetae: *Si peccata tua rubra fuerint ut coccinum, sicut nix albescent*, Iesa. I, 18. Quod ergo desiit sacrificium pro peccato, quod desiit signum remissionis peccatorum, quod extincta fuit lux terrena, quod fores Templi per se apertae, vel, ut Evangelistae loquuntur, velum

Tem-

Templi ſponte ruptum & ſciſſum, quid aliud ſignificare debebant, quam totalem omnium ceremoniarum abrogationem, & lucis coeleſtis, qua ſe indignos fecerunt, privationem? Haec cum quadraginta annis ante deſolationem Templi contigiſſe adfirment, non obſcurum eſt, ea ad tempus mortis Chriſti referenda eſſe, & iſtam ſpontaneam ianuarum apertionem cum velo ſciſſo, quam Evangeliſtae vocant, omnino convenire. Sed redeamus ad id, unde digreſſi ſumus. Diximus, Rabbinos paſſim in ſuis ſcriptis citare libros Talmudicos, & univerſam ſuam doctrinam ex Talmud, tamquam certo iuris corpore, confirmare. Videamus ergo, quid ſit Talmud, quae eius auctoritas, & quomodo in partes ac membra dividatur.

תַּלְמוּד TALMUD aliquando idem eſt quod תּוֹרָה *doctrina*, aliquando idem quod לִמּוּד *ſtudium, perceptio, adprehenſio doctrinae*, dicendi actio, & q.d. *diſcentia*, a לָמַד *didicit*. Priori modo per metonymiam ſumitur pro libro, quo doctrina continetur, qui κατ' ἐξοχὴν vocatur *Talmud*, id eſt, *liber doctrinalis*, quia ſolus iſte univerſam doctrinam & ſcientiam populi Iudaici comprehendit, de quo hic breviter agere propoſuimus.

TALMUD eſt opus doctrinale, ſive corpus doctrinae magnum, a variis ac doctiſſimis quibusque Rabbinis compilatum, multiplicem omnium ſcientiarum doctrinam continens, & potiſſimum ius civile ac canonicum Iu-

daeo-

dacorum plenisſime ac perfectisſime proponens, ut ſecundum illud univerſa gens & ſynagoga Iſraelitica optime feliciterque vivat. Multiplex etiam ipſi hiſtoria inſerta eſt, quae, quia profundos, arcanos & myſticos ſenſus plerumque comprehendit, ideo a paucis intelligitur, & iuxta externam literam putidisſimarum fabularum nomen potius occupat. Quia vero Lex Moſis, per ſe (ut volunt) obſcura & imperfecta, in Talmud dilucide & perfecte explicatur, ideo etiam auguſto Legis nomine ab ipſis indigitatum eſt. Nam Lex duplex: una, תּוֹרָה שֶׁבִּכְתָב *Lex, quae inſcripto*, altera תּוֹרָה שֶׁבְּעַל פֶּה *Lex, quae per os*, ſcil. tradita. Illa quinque libris Moſis deſcripta eſt: haec oraliter tantum propagata fuit, inde a Moſe uſque ad centenos aliquot annos poſt natum Chriſtum Servatorem noſtrum, quando & ipſa in librum relata eſt, ne propter extremam populi Iudaici diſperſionem totaliter periret.

Auctoritas ipſi conciliata, partim ab auctoribus, partim a materia.

Auctor primus ſtatuitur Moſes prophetа, qui cum Legem ſcriptam uno die a Deo accipere potuiſſet, Deus ipſum per dies quadraginta detinuit, ut ſcriptae Legis explicationem interea perfecte addiſceret. Moſes deinde oralem illam Legis explicationem tradidit Iehoſuae, is ſeptuaginta ſenibus, illi Prophetis, ipſi Synagogae magnae: ab ea praeſtantisſimis quibusque Rabbinis ſequentibus ſucceſsive tradita eſt, eo uſque, donec oraliter amplius con-

conſervari non potuit. Moſis & Prophetarum auctoritatem cum nemo facile reiecturus eſſet, laborandum erat, ut Rabbinorum fides indubitata conſtaret. Eam ergo variis modis adſeruerunt, principaliter autem laudibus, minis, poenis. Inde tandem factum, ut legem oralem legi ſcriptae aequipararint, iura, edicta, ſcripta, verba Rabbinorum, Prophetarum verbis praetulerint, immo Rabbinorum verba quaſi Dei verba habenda eſſe, impiiſime adſeruerint, & contemtum ipſorum mortis poena vindicandum, impudentiſime ſtatuerint. Pluribus haec probari poſſent, ſed pauca teſtimonia, quae mox ſubiiciemus, fidem facient.

Materia auctoritatem conciliat, quia ea Legis ſcriptae partim eſt lucidiſſimus commentarius, partim eius complementum & fundamentum, ſine quo lex ſcripta omnino labaſceret, Quaeramus hiſce fidem, ſed breviter.

Aben Eſra in praefatione ſua in Legem Moſis ait, Legem ſcriptam Moſis fundatam eſſe ſuper Lege orali; וזה לנו האות שסמך משה על תורה שבעל פה שהיא שמחה ללב ולעצם מרפא כי אין הפרש בין שתי התורות ומידי אבותינו שתיהן לנו מסורות id eſt, *Idque nobis ſignum eſt, quod fundatus eſt Moſes ſuper Legem oralem, quae eſt laetitia cordi, & oſſibus medela. Nulla enim eſt differentia inter duas has Leges, quae per maiores noſtros traditae ſunt.*

R. Iſaac Corbelenſis in libro עמודי גולה *Ammude gola*, ſive libro praeceptorum parvo,

fol.

fol. 39. docet, fundamentum religionis Iudaicae esse Legem oralem seu traditiones Patrum, non Legem scriptam Mosis : אל תחשוב כי עיקר התורה בכתב כי אדרבה עיקרה אותה שבעל פה ועל תורה שבעל פה נכרת ברית דכתיב כי על פי הדברים האלה כרתי אתך ברית והן אוצרן של הקדוש ברוך הוא כי היה גלוי לפניו ישראל עתידין להיות גולין בין האומות ויעתיקו הגוים ספריהם לפיכך לא רצה שתיכתב וכו' id est, *Ne existimes, quod fundamentum sit Lex scripta, quin potius fundamentum est illa, quae ore tradita: nam propter Legem oralem initum est foedus* (cum Israelitis a Deo) *sicut scriptum est* : Quia iuxta verba haec pango tecum foedus, & cum Israele, Exod. XXXIV, 27. *& haec sunt thesaurus sancti Dei benedicti. Sciebat enim futurum, ut Israelitae transportarentur inter alios populos, & quod transscripturi essent gentiles libros ipsorum, ideirco noluit scripto tradi Legem oralem, &c.*

Rabbi Bechai in libro כד הקמח *Cad hakkemach*, Cadus farinae, fol. 77, col. 3. in eamdem sententiam scribit: וששה סדרים אלן הם תורה שבעל פה כי עיקר התורה היא תורה שבעל פה שאין תורה שבכתב יכולה להתבאר כי אם ע"י תורה שבע"פ/id est, *Sex ordines* (partes corporis Talmudici) *sunt ipsa Lex oralis: nam fundamentum Legis scriptae est Lex oralis. Etenim Lex scripta non potest explicari, nisi per legem oralem.*

In

In codice iuris בבא מציעא *Bava metzia*, fol. 33, 1. traditur, ſtudium Talmudicum praeſtantius eſſe ſtudio Biblico, his verbis: העוסקים במקרא מידה ואינה מידה במשנה מידה ונוטלין עליה שכר גמרא אין לך מידה גדולה כו' id eſt, *Qui operam dant lectioni Biblicae, virtus aliqua eſt, aut potius nulla virtus* (id eſt, parum admodum eſt:) δευτερώσει *traditioni*, vel Legi ſecundariae patrum, *virtus eſt, propter quam accipitur praemium: Gemarae*, id eſt, ſtudio Talmudico, *virtus eſt, qua nulla praeſtantior.* Inde, cum R. Eleeſarem aegrotantem viſitarent aliquando officii cauſa diſcipuli eius, dixerunt ipſi, ר' למדנו ארחות חיים ונזכה בהן לחיי העולם הבא *Rabbi, doce nos vias vitae, ut adquiramus in iis vitam futuri ſeculi.* Reſpondit ipſis: הזהרו בכבוד חביריכם ומנעו בניכם מן ההגיון והושיבום בין ברכי ת"ח *Moniti eſtote, honorem praebere condiſcipulis veſtris, & avertite libros veſtros a ſtudio biblico, & conlocate eos inter genua ſapientum*; Cod. iuris Berachoth, *fol.* 28. 2. Gloſſa, מֵהַהֶגְיוֹן id eſt, לא תרגילום במקרא יותר מראי *Ne adſuefaciatis eos in lectione biblica plus, quam ſatis eſt.*

In codice iuris *Berachoth* fol. 5. 1. docetur, Legem oralem aeque eſſe a Moſe, atque Legem ſcriptam his verbis: מאי דכתיב וְאֶתְּנָה לְךָ אֶת לוּחוֹת הָאֶבֶן וְהַתּוֹרָה וְהַמִּצְוָה אֲשֶׁר כָּתַבְתִּי לְהוֹרוֹתָם לוחות אלו עשרת הדברות והתורה זה מקרא והמצוה זו משנה אשר כתבתי אלו נביאים וכתובים להורותם זה גמרא מלמד שכולם נתנו

נתנן למשרה מכתבי/ id eſt, *Quid eſt illud quod ſcriptum legitur:* Et dabo tabulas lapideas,& Legem & Praecepta,quae ſcripſi,ad docendum ea ipſos, Exod.XXIV, 12. Tabulas, *id eſt, decem praecepta.* Et Legem, *id eſt, Biblia.* Et praecepta, *id eſt, Miſchnam, traditiones maiorum.* Quae ſcripſi, *id eſt, Prophetas & Hagiographa.* Ad docendum ea ipſos, *ea eſt Gemara*, id eſt, deciſio traditionum Talmudicarum. *His docemur, omnia iſta data eſſe Moſi e monte Sinai.*

In cod. iuris Chagiga,fol.10.1.docetur,non habere pacatam conſcientiam illum,qui de ſtudio Talmudico regreditur ad ſtudium biblicum. Verba haec ſunt : Propheta inquit, וְלַיּוֹצֵא וְלַבָּא אֵין שָׁלוֹם אמר רב כיון שיצא אדם מדבר הלכה שוב אין לו שלום id eſt, *Egredienti aut venienti non erit pax*, Zach. VIII, 10. Raf dixit: *Quando egreditur homo ex conſtitutionibus Talmudicis , deinceps non eſt ipſi pax:* Gloſſa, שיוצא אדם מדבר הלכה לדבר מקרא שוב אין לו שלום שאין הוראה מדבר מקרא שהמשנה מפרשת התורה/ id eſt, *Quando egreditur homo ex doctrina Talmudica ad doctrinam Biblicam, tunc amplius nulla ipſi pax eſt. Nulla enim eſt demonſtratio ex doctrina Biblica, quum Miſchna ſeu δευτέρωσις explicet arcanum Legis ſcriptae.*

In libro מזבח הזהב *Misbeach haſſahaf, Altare aureum* , cap. 5. ſtudium Talmudicum omnibus aliis ſtudiis & ſcientiis praefertur,idque ex communi doctorum ſententia : התלמוד המקודש

המקודש אין למעלה ממנו/id eſt,*ſanctiſſimo Talmud nihil eſt ſuperius.*

Ibidem : איר אפש לעמוד על עיקר תורתנו הקדושה שהיא תורה שבכתב כי אם ע"י תורה שב"עפ שהיא פירושה id eſt, *Impoſſibile eſt conſiſtere nos poſſe ſuper fundamento Legis noſtrae ſanctae, quae eſt Lex ſcripta, niſi per Legem oralem, quae eſt explicatio eius.*

Sequitur ibidem: אפילו מעט מן התלמוד יספיק יותר להביא לידי יראת שמים משאר למודים הרבה ועליו אמרו גדול התלמוד שמביא לידי מעשה / id eſt, *Etiam parumper ex Talmud ſufficit magis adducendum ad timorem Dei, quam reliqua ſtudia plurima. De eo enim dixerunt* (doctores noſtri Talmudici:) *magnum eſt ſtudium Talmudicum, quod adducit* (ex theoria) *ad praxin.*

Laudata & trita in Rabbinorum ſcriptis eſt ſententia: בני והזהר בדברי סופרים יותר מדברי התורה/ id eſt, *Fili mi, attende ad verba Scribarum magis, quam ad verba Legis*, ſcil. Moſis. Exſtruxerunt hoc praeceptum ſuper Eccl. XII, 12.

In cod. iuris יבמות fol. 20. 1. ſanctitatis elogio donantur ſtudioſi iuris Talmudici. Verba iuris ſunt: כל המקיים דברי חכמים נקרא קדוש *Quicumque firmiter ſervat verba ſapientum, vocatur ſanctus.*

In corpore Iuris Hieroſolymitano, cod. Berachoth, ut adducit R. Iacob in libro כפתור *Caphtor*, fol. 121. legitur : רבא אמר תדע לך שדברי סופרים חביבים מדברי נביאים

id

id eſt, *Rabba dixit: ſcito verba ſcribarum amabiliora eſſe verbis Prophetarum.* Ibidem vulgare, חכמים עריפי מנביאים *Sapientes praeſtantiores ſunt Prophetis.* Ratio, quia Prophetae tenebantur ſuam doctrinam confirmare miraculis & aliis extraordinariis ſignis: de ſapientibus autem abſolute & ſimpliciter dictum, *Et obſervabis, ut facias iuxta omnia, quae docebunt te*, Deut. XVII, 10.

In cod. iuris ערובין *Eruvin*, fol. 21. 2, poena determinatur contemtoribus ſtatutorum Rabbinicorum, his verbis: כל העובר על דברי כופרים חייב מיתה *Quicumque transgreditur verba Scribarum, reus ſit mortis.* Id in libro *Caphtor*, ante dicto loco, exemplo inluſtratur, petito ex libro איומה כנרגלות *Aiuma kenidgaloth* (nomen ex Cant. VI, 3.) in hanc ſententiam:

„ Rex gentilis Pirgandicus convocatis ſuis „ conſiliariis inſtruxerat coenam magnifi- „ cam, ad quam etiam invitaverat undecim „ honoratiſſimos in ſua terra Rabbinos. Illi „ accedentes, ſupra ſpem honorifice a rege „ exceptifuere. Tria autem ipſis rex poſtea „ proponebat, ut vel carnem ſuillam lautiſſi- „ me adparatam ſecum comederent, vel cum „ pulcerrimis foeminis gentilibus concumbe- „ rent, vel vinum gentilium cum ipſo bibe- „ rent. Iudaei triduanum deliberandi ſpa- „ cium ſibi poſtularunt. Eo elapſo, reſpon- „ derunt, duo priora expreſſe in Lege ſua „ prohibita eſſe, ideoque ſe id facere recuſa-

re, tertium quia a Rabbinis tantummodo „
vetitum sit, se id minime abnuere. Coena „
sic fuit adparata, & Iudaei ad mensas facili „
arte in circulum volubiles conlocati. Ubi „
largius bibere coepissent, mensae fuerunt „
clanculum gyratae, sic ut carnes suillae ipso- „
rum manibus obvenirent. Iudaei dissluen- „
tes, carnes inlicitas incauti comederunt. „
Tamdem choreae institutae, mulieres for- „
ma praestantes adductae, cum quibus etiam „
sancti Rabbini isti, vino & Venere incensi „
& victi, per noctem concubuerunt. Sequen- „
ti die a rege moniti, ut quid ita licenter con- „
tra legem suam peccarint, cum rubore & ma- „
gno conscientiae vulnere discesserunt, & „
mortem sibi propterea optarunt, ובתוך „
ש השנרה מהן כולם מיהרה משנרה „
intra axim. m mortui sunt omnes morte repenti- „
na. Hoc totum ipsis contigit, quod praece-
ptum sapientum Rabbinorum de non biben-
do vino gentilitio sprevissent, per cuius con-
temtum in reliqua scelera fuere pertracti. Ergo
sapichtum oracula non sunt contemnenda.

Denique in libro חוקוני *Chaskuni*, fol. 94. pag. 2. in notis, ex *Baal haturim* conlectis, legitur. החולק על רבו כחולק כל השכינה שהמאמין בדברי חכמים כמאמין בשכינה id est, *qui dissentit a doctore suo, perinde est, ac si dissentiret a divina maiestate: qui autem credit verbis sapientum, est ac si crederet ipsi Deo.* Plura in hanc sententiam vide in Synagoga nostra Iudaica cap. 1.

Vi-

Vides, Lector, obſtinatiſſimae & obcaecatiſſimae gentis, de ſuo Talmud & eius compilatoribus, impudentiſſima & impia elogia. An ergo mirum, quod Dei verbum reliquerunt, & patrum traditiones ſecuti ſunt? Haec cauſa eſt, quod in omnibus ſuis ſcriptis nil, niſi Talmud ſuum, ſapientes & Rabbinos ſuos, perpetuo crepent, & ſubinde lectori ipſorum ſententias & edicta obtrudant. Plurimum ergo Rabbinorum ſcripta legenti proderit, operis huius Talmudici in libros & capita diviſionem ante oculos propoſitam habere, ut tanto melius de loci citati auctoritate & certitudine iudicare, & Talmudicos libros ab aliis Rabbinorum libris diſcernere quilibet poſſit. Iam ad diviſionem eius accedamus.

Talmud aliud eſt ירושלמי *Ieruſchalmi* ſive Hieroſolymitanum, aliud בבלי *Baveli* ſive Babylonicum.

Talmud Ieruſchalmi ſive Hieroſolymitanum eſt, quod pro Iudaeis in terra Iſraelis viventibus ſcriptum fuit. Auctor eius R. Iochanan ex tribu Ioſeph, qui caput ſynagogae fuit in terra Iſraelis per annos octoginta, abſolvitque hoc Talmud anno Chriſti ccxxx. ut eſt in *Tzemach David, fol.* 44. Quia vero pauciores Iudaei in terra Iſraelis habitabant, neque etiam perfecte omnes conſtitutiones ac deciſiones contineret, ideo minor eius ſemper fuit uſus, ad haec uſque tempora.

Talmud Baveli ſive Babylonicum eſt, quod pro Iudaeis in Babylonia & aliis peregrinis ter-

ris viventibus fuit conſcriptum. Id conſtat ex משנה *Miſchna*, & גמרא *Gemara*.

Miſchna eſt δευτέρωσις, *lex ſecundaria*, omnes traditiones patrum continens, quae inde a Moſe uſque obſervatae, & ſucceſſive per oralem traditionem propagatae fuerunt, uſque ad Rabbi Iehudam, qui a ſanctitate vitae dictus fuit *Rabbi Iehuda hakkadoſch*, id eſt, *ſanctus*, & *Rabbi Iehuda hannaſi*, id eſt, *Princeps*. Floruit ſub imperatore ANTONINO, anno Chriſti CL. Videns illi ſapientiam Iudaeorum imminui, legem oralem oblivioni tradi, populum Iudaicum diſſipari, cogitavit ſerio de lege orali conſervanda & reſtauranda. Conlegit itaque omnium Iudaeorum ſui temporis ſchedas & chartas, quas quisque ſibi memoriae cauſa notarat, & ex iis librum confecit, qui dictus fuit ספר משניות *Sepher miſchnaioth liber traditionum*. Hic liber publicam auctoritatem & fidem accepit, & ab omnibus Iudaeis, tam in terra Iſraelis, quam Babylonia viventibus, ceu authenticum iuris corpus, fuit receptus, & in Academiis explicatus. Diviſus autem fuit in partes generales ſex, de quibus mox agetur.

Gemara eſt altera pars Talmud, quae diſputationes doctorum ſuper libro Miſchnaioth, in terra Iſraelis & Babylonia habitas, & earundem deciſiones continet. Hae duae partes ſic per totum Talmud ſunt diſpoſitae, ut Miſchna quaelibet, tamquam iuris textus praecedat; Gemara cuique Miſchnae, tamquam

eius

Caeterum in Bibliis Venetis maioribus tabula proponitur, quae continet rationem sidrarum a Masorethis institutam, eamque non tantum quinque librorum Mosis, sed universorum Bibliorum. Primo ponit libri Geneseos sidras esse מ"ג / id est, *quadraginta tres*, (quod idem in fine libri in nota masorethica repetitur) tamen postea in specie dumtaxat quadraginta duas nominat, cuius rationem alii inquirant. In iisdem tabulis notandum, in התהלות id est, *Psalmorum distributione*; adponi summam omnium libri versuum & medium libri. Summa versuum est אא"כוך id est 2527. Medium libri constituit vox וַיְפַתּוּהוּ / quae exstat Psal. LXXVIII, 36. In Iobo versus sunt א"ע id est, *mille septuaginta:* medium libri, אשר קמטן / Iob. XXII, 16. Sic in reliquis libris, qui sequuntur. In iisdem Bibliis observandum, primam tabulam continere capita omnium librorum Biblicorum, quae etiam vocantur פרשיות *Parschios*, quo nomine antea diximus vocari sectiones maiores. Sed Rabbini quandoque etiam versus capitum sic vocant, ut Kimchi Amos I, 11. adversum idem vocabulum transfert. quae usus facile docebit, & sensus ac circumstantia loci cuiusque demonstrabit.

Quot sectiones apertae & clausae in singulis libris sint, & ubi incipiant, id docet Maiemon parte 1. lib. אהבה *Ahava*, cap. VIII. cuius rationem Iudaei in descriptione libri sacri hodie sequuntur.

JO-

IOANNIS BUXTORFII, P.

BIBLIOTHECA RABBINICA

CUM

ADPENDICE

SUIS LOCIS INSERTA

IOANNIS BUXTORFII, F.

ET

ADDITAMENTIS ADNOTATIONIBUSQUE.

Editio novissima.

Digitized by Google

IOANNES BUXTORFIUS F.

Lectori Benevolo S.

Cum paucis admodum septimanis, postabsolutam Bibliothecae Rabbinicae editionem, catalogum illum librorum Hebraicorum, in Oriente maxime cognitorum & exstantium, accepissem, cuius in epistola dedicatoria mentionem feci, nolui, vel curiosos huius linguae cultores illius fructu, vel eius auctorem debita sua laude tamdiu privare, donec forte de novo liber hic imprimatur, sed quamprimum illum, in ordinem dispositum, iuris publici facere, & Bibliothecae

noſtrae adnectere. Communicavit autem eum nobiſcum D. Antonius Legerus, Pedemontius, vir, ut veriſſime ipſum alibi (videlicet in Bibliotheca ſub libro: מעשה אפוד) *deſcripſimus, a variarum linguarum uſu, & Philoſophiae ac Theologiae rara & recondita cognitione, cum pari pietate, inſignis & eximius, nobisque iam a multis annis, ſingulari neceſſitudine coniunctiſſimus. Dum enim ille antehac per aliquot annos alia & magis arduа ob negotia Conſtantinopoli commoraretur, quibus non ſolum ſumma ſua cum laude, ſed & inſigni reipublicae Chriſtianae uſu, & purioris Religionis propagatione, defunctus eſt; horis ſucciſivis Iudaeorum etiam familiaritatem contraxit, par-*

partim ut de rebus religionis cum ipsis conferret, partim ut secretiora illorum mysteria penetraret, & quae coram Christianis maxime occultant, ab eis cognosceret & extorqueret. Id quod tanto felicius ex voto ei successit, quod in tales inciderit, qui praeter linguae patriae cognitionem, Latinae quoque non imperiti essent, neque a Christiana religione, ut communis faex Iudaica, ita prorsus abhorrentes & alieni. Inter alia, quae inde secum reportavit, est etiam praesens, quem tibi exhibemus, catalogus librorum in Bibliotheca nostra Rabbinica desideratorum. Accepit ipse eum Constantinopoli a Doctissimo Rabbino, Iacobo Romano, qui, bibliotheca Rabbinica Parentis visa, statim ita eius inventione dele-

ctatus eſt, ut conſtituerit eam augere, &, in linguam Hebraeam translatam, in ſuae quoque gentis uſum edere. Plures equidem continebat catalogus ille, a D. Legero nobis transmiſſus, ſed illorum non paucos nos quoque iam ante obſervaveramus in ſecunda hac editione, trecentis circiter novis librorum titulis & deſcriptionibus a nobis aucta. Iis, ſi hi quoque accedant, non dubito, quin maxima librorum Hebraicorum, editorum & manuſcriptorum, pars nobis Chriſtianis quoque iam cognita ſit & patefacta. Quod ſi itaque aliquid utilitatis aut voluptatis ex praeſenti adpendice ad te redeat, Lector benevole, eius gratia non mihi, qui pauca de meo addidi, ſed dicto D. Legero, maxima ex parte debebitur. Vale.

Bi-

BIBLIOTHECA RABBINICA,

Ordine Alphabethico dispositа, tanta, quanta nunc haberi potuit.

EQuidem probe scio illud, כל דבר חביב בזמנו *omnis res grata est, quae fit in tempore suo*: at vero, ut haec mea sequens opera in proponenda bibliotheca Rabbinica in tempore fiat, valde vereor. Est enim nec unius horae, nec unius hominis. Exspectaveram aliunde subsidium, quod in tempore non venit, & mihi quidem ad hanc rem nunc fuit זוּדין קלילין באורחא רחיקתא *viatici parum in via longinqua.* Nec sum כבן עזאי בשוקא דטבריא *ut heros ille Assaeus in foro Tiberiadis*, (Eruvin fol. 29. col. 1.) qui poterat montes eradicare & transferre, ac omnibus interrogantibus abunde satisfacere. Et quis dedisset mihi אברי כיונה *alas columbinas* (ut Psaltes loquitur *Psal.* LV, 7.) ut perniciter avolans, &

bibliothecas publicas (nam privatae ad hanc rem rariſſimae) principum vel urbium perquirens , libros Hebraeos ſagacius & penitius cognoviſſem ? quis me pulvere aromatario aut ſucco malogranatorum ſatis confirmaſſet , ut fumoſas & maleolentes Iudaeorum caveas permeare potuiſſem ? Et tamen tale aliquid fieri neceſſe fuiſſet , aut certè fidi alicuius Iudaei opera utendum illi , qui huic operi manum adiicere cogitaſſet. His mediis quum deſtitutus hoc tempore fuerim , praeſtitiſſet forte de re adeo ignota tacere , quam loqui. Nam in talibus , אם הדבור כסף השתיקה זהב *ſi locutio argentum , ſilentium aurum eſt* , ut habet משל חקדמוני *proverbium antiquum* ; Immo מלה בסלע והשתיקה בשנים *ſi verbum tetradrachmo , ſilentium duobus tetradrachmis aeſtimandum* , (ſic etiam legendum in Elencho trihaereſii pag. 105.) quod Talmudiſtae efferunt : מלתא בסלעא משתוקיתא בתרין. Quinetiam דלת דנגעלת לא במהרה תיפתח *ianua repagulata non cito aperitur.* Sed enim in ſilentio omnium quid vetat modeſte proloqui ? ubi omnes cunctantur , quid nocebit inceſſum urgere ? Cunctatio enim non tantum in praeſens noxia , ſed & in futurum damnoſa ſaepe evadit , ut vel illud teſtatur , quod Oreſti reditum differenti reſponſum fuit ,

μᾶλλων γὰρ αἰεὶ δ' ἐξῆντι τὰς ὕσας τέμου
καὶ τὰς ἀπυόσας ἐλπίδας διέφθορεν

Quum prorogat ſemper facere praeſentia ſimul ,
Etiam futuras ſpes omnes perdidit.

Ne idem & in hoc argumento contingeret , volui aliquid potius, quam nihil , in publicum adferre , &

Stamina prima iugo componere , ut altera virtus
Inſerat in medio radiis ſubtegmen acutis.

Ergo , Lector benevole & docte , quae hic nec adnotata, nec explicata, (quae ſcio plurima eſſe ,) tu adde & explica : libros quos habes aut videris, nominato, argumentum dicito, locum impreſſionis ſubiicito, eaque vel mecum, ſi placet, communicato, vel, hiſce meis initiis adpoſita , ſub tuo nomine publicato. Ἄφθονοι μυσῶν θύρᾳι *Experies invidiae ſunt Muſarum ianuae* , & , iuxta Hebraeos , כל המוסיף מוסיפין לו וכל הגורע גורעין לו *qui addit , ipſi addetur , & qui ſubtrahit , ſubtrahetur ipſi.* Sic tandem tela haec coepta pertexetur , & ſcient noſtrae quoque ſcholae , quam ſynagoga Iudaica ſapientiam olim profeſſa ſit , & quam hodie doctrinam profiteatur. Licebit & hic aurum ex ſtercore conligere , & margaritas pretioſas fimo reconditas reperire. Dixi , non

tantum titulum & nomen libri, ſed & argumentum ſpectandum eſſe. Id fieri perneceſſarium. Sunt enim librorum Hebraicorum tituli, quos ex ſacra Scriptura fere deſumunt, aut ad ſui nominis memoriale effingunt, ita comparati, ut quid libro tractetur, ex iis videri nequeat. Oculare ergo iudicium hic accedat neceſſe eſt. Uni vero libros Hebraeorum omnes, aut maximam eorum partem, videre vix umquam facultas dari poteſt, unde plurium opera hic requiritur. Nam alii alios vident & conſequuntur, qui ſi ſuum de iis iudicium in unum conferant, aliquid magnum effici poteſt, ad quod eos hacce mea opella, ut amice invitare volui, ſic etiam facile excitare ut poſſim, boni publici cauſa opto. Non omnium, fateor, hic labor eſt, ut nec omnes, qui Biblia Hebraea legunt, alios idcirco Hebraeorum libros legere poſſunt: quibus vero haec facultas a Deo conceſſa eſt, illi in publicum conferant, quicquid uſui & commodo noſtris ſcholis hic eſſe poſsit. Sic fiet, ut hae literae inter Chriſtianos magis magisque propagentur, & obſtinata gens Iudaica cognoſcat, etiam eos, qui aliquando a republica Iſraelis erant remoti, nunc, remoto pariete intergerino, eiusdem cives factos, & ianuis Templi Hieroſolymitani ſponte ſua, quadraginta annis ante Urbis vaſtationem, apertis, aditum & ingreſſum nobis Chriſtianis quoque liberum in eccleſiam Dei praebuiſ-

buisse. Cognoscant, inquam, *ex Tzion egressam esse legem, & verbum DOMINI ex Ierusalem*, Iesaiae II. 3. & nos ex fontibus Israelis adfatim quoque bibisse. Sic tandem quoque fiet, ut Iudaei, ex verbo Dei & propriis ipsorum libris, erroris & coecitatis tanto melius convinci, de veritate erudiri, & ad salutem adduci & converti possint. Quod fieri, ut nobis Christianis optandum, ita quoque operae danda, ut fieri commode per nos possit. Ad quod subsidium admirabile praebebit librorum, quibus ipsimet Iudaei utuntur, familiaris cognitio. Ergo nunc bibliophylacia ipsorum cursim perquiramus.

Libri commentariorum in sacram Scripturam varii sunt, & distincti primum in libros distinctos biblicos prodierunt, quos hic sigillatim adnotare, nimis foret copiosum & taediosum. Commentarius Hebraice dicitur פירוש *Perusch*, pluraliter פֵּירוּשִׁים *Peruschim*, *commentarii* vel *commentaria*, explicationes verborum & rerum. *Commentator*, interpres, dicitur מפרש *mepharesch*, pluraliter מפרשים *mephareschim*, *commentatores*, interpretes, scriptores commentariorum. Horum quidam sublimiori dicendi genere delectati sunt, & subtiliores in commentando fuerunt, unde alios interpretes desiderarunt. Inter eos princeps fuit רשי *Raschi*, id est, R. Salomon Iarchi, in cuius commentaria complures alii alias declara-

clarationes conſcripſerunt. Talis ſuper-commentatio vocatur ביאור *Biur*, & pluraliter ביאורים *Elucidationes*, declarationes. Sic exſtant etiam *Biurim* ſuper ſpeciales quosdam commentarios Aben Eſrae & Rambam. Alii in integra Biblia commentati ſunt, alii in aliquot tantum libros, plures omnium in legem Moſis. Horum libri plerique omnes titulo פירוש *Peruſch* comprehenduntur, addito libri nomine, in quem commentatio inſtituta eſt: ut, פירוש רש"י על חמשה חומשי תורה *commentarius Raſchi ſuper pentateuchum*, & ſic de aliis.

Libri antiquiſimi Hebraeorum omnium ſunt *Targum*, ſeu paraphraſis Bibliorum Chaldaica, Ionathanis & Onkeli, quorum ille paulo ante Chriſtum, hic paulo poſt Chriſtum floruit, etſi quidam ſcribant, eos ſe cognoviſſe mutuo. Doctrina Talmudica ſparſis quidem chartis hinc inde per Iudaeam & Babyloniam fuit concepta, ſed in libros nullos relata, donec veniret R. Iehuda hakkadoſch, id eſt, *ſanctus*, ut ſupra dictum, [in *recenſione operis Talmud* p. 246.] & inde tandem Talmud ortum. Alias de nullis libris ante Chriſtum conſcriptis conſtat. De libro זוהר *Zohar* [in *abbreviat. Heb.* רש"בי] & libro בהיר *Bahir* alibi diximus, eſſe eos Iudaeis, poſt Targum, omnium antiquiſimos. Poſtea ſecuti ſunt תורת כהנים *Toraſ cohanim*, qui & ספרא

ספרא *Siphra* vocatur : poſtea *Seder olam rabba* , *Mechilta* , *Bereſchis rabba* cum reliquis ipſi adiunctis , de quibus in ſpecie in ſequentibus dicetur. Poſt illos diuturnum fuit doctorum virorum ſilentium , propter graviſſimas calamitates exilii , quod in hunc diem durat. Paulo poſt milleſimum a Chriſto annum ſtudia literarum renaſci inter ipſos coeperunt , & ſapientes ipſorum publice inclareſcere , inter quos primi fuerunt R. Chananael & Raf Niſſim , praeceptores R. Nathanis , auctoris Lexici Talmudici Aruch , & Rabbi Gerſomi. Deinde R. Gerſom , qui dictus fuit lumen captivitatis. R. Schlomo , ſive Salomon ben Gavirol , R. Moſche haddarſchan , praeceptores fuerunt R. Salomonis , & ſic deinceps ab his innumeri docti viri prodierunt. . Ab his ergo , id eſt , a milleſimo poſt Chriſtum anno , plerique libri Iudaeorum prodire coeperunt. Qui antea fuerunt , (quorum pauci) non Bibliis , ſed traditionibus Talmudicis explicandis praecipue occupati fuerunt.

Inter Commentatores biblicos primus & praecipuus eſt רשי *Raſchi* , ſive *R. Salomon Iarchi* , cuius commentaria pleraque omnia Bibliis maioribus Venetis addita ſunt. Manuſcriptum eius commentariorum volumen , ingens & integrum , trecentorum annorum antiquitatis , Ioſephus Scaliger , piae memoriae , legavit Academiae Leidenſi. Secuti eum ſunt Abraham Aben Eſra,

Esra, R. David Kimchi, רמבן *Ramban*, seu *R. Mosche bar Nachman*, רל בג *Ralbag*, id est, *R. Levi ben Gersom*, R. Saadias, R. Isaae Abarbinel, qui plerique in integra Biblia commentati sunt, & partim separatim, partim magnis Venetis Bibliis maiori ex parte additi, etiamnum exstant. Intellexi nuper, integrum Abarbinelem, in Turcia duobus magnis voluminibus excusum, pactum esse amicum meum, Gualterum Keuchenium, rectorem Scholae Hanovianae. Quod si verum, est, quod sibi gratuletur. Nam liber est summe commendatus. Kimchius in Legem an commentatus sit, ambigo.

Qui specialiter in legem Mosis scripserunt, complures sunt, inter quos celebres habentur, R. Abraham Hispanus, cuius liber vocatur צרור המור *Tzeror hammor*, *Fasciculus myrrhae*: רבי בחיי Rabbi Bechai; R. Mosche bar Nachman: liber תנחומא *Tanchuma*, liber עקדת יצחק *Akedas Iitzchak*, sive *Ligatio Isaaci*: Rabbi Mosche haddarschan, Gallus, ex quo Galatinus multa adducit, de quibus in specie plura in sequentibus dicemus. Gesnerus in Bibliotheca sua notat, complura horum Rabbinorum commentaria a Conrado Pellicano, viro in his literis doctissimo, Latine conversa esse. *Hoc in prima Bibliothecae huius Rabbinicae editione in dubium fuit vocatum a Patre.*

Sed

Sed vir Clariſſimus, D. Iohannes Iacobus VVolphius, Hebraeae & Graecae linguae in ſchola Tigurina Profeſſor doctiſſimus, amicus noſter integerrimus, nuper per literas nos edocuit, non tantum huius generis commentaria, ſed maioris quoque momenti & graviores auctores ab eo converſos eſſe. quod hoc loco nunc proferre, ne eximius ille vir merituſſima eruditiſſimorum ſuorum laborum laude privetur, ingenuitatis noſtrae eſſe duxi. Nam praeter ordinarios & vulgares commentatores, vertit etiam Tzeror hammor R. Abrahami Hiſpani : magnam partem Rabbi Bechai in Legem : Rabbos : Pirke R. Elieſer : Res geſtas Regum Iſraelis ſub Templo ſecundo: Halichos olam: Michlol R. Davidis Kimchii : libros quosdam ex libro *Iad* Maiemonidis, &c. Complures etiam tractatus Talmudicos, *quae omnia una cum aliis eius ſcriptis adſervantur in Bibliotheca Tigurina.*

Separatim haec commentaria rarius hodie inveniuntur. R. Davidis Kimchii commentaria in Pſalmos excuſa ſunt Venetiis una cum textu punctato, in octavo, anno שנ״ן, CCCLVI. i. e. Chriſti ↄlↄ lↄ XCVI. Eſt etiam idem Kimchi excuſus Iſnae, opera Pauli Fagii, in parvo folio, anno ↄlↄ lↄ XLII. in qua editione plura exſtant, quam in priore Veneta. In fine eiusdem libri adiunctae ſunt ſeparatim omnes obiectiones Kimchianae ex Pſalmis petitae, adverſus Chriſtum & fidem Chriſtianam.

Bi-

Biblia Hebraea impreſſiones varias habent.

In folio, imprimi coepta Venetiis, anno Chriſti cIↃ IↃ XV, & finita anno cIↃ IↃ XVII. per Danielem Bombergum, ſtudio inprimis Felicis Pratenſis, cuius ductu & auſpiciis Bombergus iſte literas Hebraeas primum didicit, & per typographiam mirifice propagavit. Continet iſta editio textum biblicum, Targum, & variorum Rabbinorum commentaria: in *Pentateuchum*, R. Salomonis Iarchi: in *Prophetas priores*, id eſt, Ioſuae, Iudicum, Samuelis & regum libros, item in omnes *Prophetas poſteriores*, & in *Pſalmos*, R. Davidis Kimchi: in *proverbia*, Kaſvenaki: in *Iobum*, R. Moſis Nachmanidis, & R. Abrahami Peritſol: in *Chameſch megillos*, quinque libellos, nempe, *Canticum*, *Ruth*, *Threnos*, *Eccleſiaſten* & *Eſther*, R. Salomonis: in *Danielem*, R. Levi Gerſomi: in *Eſrae*, *Nehemiae* & *Paralipomenon libros*, R. Salomonis. Adiecta in fine, 1, Targum Hieroſolymitanum in Pentateuchum: 2, Targum ſecundum in librum Eſther: 3, Tabulae Haphtararum, id eſt, *lectionum prophetarum*, cum ſectionibus Moſaicis: 4, Tredecim articuli ſive fundamenta fidei Iudaicae, poſita a Rabbi Moſche Maiemonide: 5, Praecepta omnia Legis, iubentia & prohibentia, quae ſunt תרי"ג 613, quem numerum idem vocabulum תורה exprimit: 6, Brevis inſtructio de accentibus Hebraicis.

cis, R. Aharonis, filii Aſcher: 7, Varietas lectionis vocum quarumdam biblicarum, inter Ben Aſcher & ben Naphtali, id eſt, orientales & occidentales Iudaeos. Hanc editionem vehementer reprehendit Elias in praefatione libri tertii Maſoreth, propter notas Maſorethicas iſti editioni ad marginem adiectas, ſuadens ut nullus ad eas animum ponat. *Nam*, inquit, *qui adpoſuit eas, non potuit diſcernere inter dextram aut ſiniſtram ſuam, quia non fuit Iudaeus, & in Maſora nihil quidquam intellexit, &c. aliquando bonum poſuit in textu, & falſum in margine, aliquando contra palpans, ſicut caecus in tenebris.*

In *folio* rurſus edita Venetiis per eumdem Bombergum, incoata anno Chriſti cIↃ IↃ xx I I I. & finita anno Chriſti cIↃ IↃ xxv I I I ſub finem menſis תשרי *Tiſri*, quando Iudaei inceperant numerare annum a condito mundo 5286. Haec editio continet Targum, Maſoram, & varia Rabbinorum commentaria.

Pentateuchus cum commentariis R. Salomonis & Aben Eſrae.

Prophetae priores, cum commentariis R. Salomonis, Kimchi & Ralbag, id eſt, R. Levi ben Gerſom.

Prophetae poſteriores Ieſaias cum R. Salom. & Aben Eſra: Ieremias & Ezechiel cum R. Salom. & Kimchi: XII. minores cum R. Salom. & Aben Eſra.

Pſalmi cum R. Sal. & Aben Eſra.
Proverbia & Iob cum Aben Eſra & Ralbag.
Daniel cum Aben Eſra & R. Saadia.
Eſra cum R. Sal. & Aben Eſra.
Quinque libelli cum iisdem.
Paralipomenon libri cum R. Salomone tantum.

Praemiſſa operi ſunt, 1. Praefatio R. Iacob, ben Chaiim, in qua agit de utilitate Maſorae, diſputat contra eos, qui exiſtimant קרי וכתיב *Keri & Keſiff*, i. e. varietatem lectionis inde natam, quod de vera lectione dubitatum fuerit: agit de differentia inter auctores Gemarae ſeu Talmud, & inter Maſorethas, qui inter ſe in pleriſque diſſident: de octodecim locis, quae dicuntur תיקון סופרים *Tikkun ſopherim*, *correctio* ſcribarum, quod ſcribae ea correxerint; denique de ordine Maſorae magnae. Ex hac Elias quaedam deſumſit in praefatione ſua tertia libri Maſoreth. Nos utramque Latine redditam, una cum libro integro Maſoreth Eliae, ſuo tempore, ſi Deo placuerit, exhibebimus.

2. Index capitum omnium librorum Biblicorum. Capita autem vocantur פרשיות *Parſchios*, *ſectiones*, ſuper quas notata ſunt סימנים *Simanim*, id eſt, *ſigna* ſive *capita*.

3. סדרי התורה *Index ordinum* ſive ordinatarum partium & ſectionum totius Scripturae, iuxta Maſorethas.

4. Praefatio Aben Esrae de ratione commentariorum in legem sive sacram Scripturam. Agit de quinque modis, quibus interpretes legem explicant: 1, est orientalium Iudaeorum in regno Turciae, qui prolixitatem in commentando sequuntur, ac coelum terrae miscent, veluti R. Isaac quidam, qui duos magnos libros commentariorum scripsit in caput primum Mosis: 2, Sadducaeorum & similium, qui textum tantum retinent, & omne genus commentandi respuunt; 3, qui mystice Scripturam interpretantur, habentque Scripturam veluti mera aenigmata: 4, eorum qui sequuntur דרש *Draschim*, id est, *homilias allegoricas*: 5, eorum qui sensum literalem, genuinum & grammaticum sequuntur, quod genus interpretandi optimum, & quod se secuturum promittit, & reliquos modos refutat & reiicit.

Masora duplex adiecta, *minor* & *maior*. Masora minor passim textui biblico adiecta ad latera textus. Maior partim in fine specialiter adposita iuxta ordinem alphabeticum, cum instructione R. Iacobi, ben Chaiim, partim per tota Biblia, supra & infra textum cuiusque paginae. Postea subiicitur varietas lectionis, inter filios Ascher & filios Naphtali, orientales & occidentales Iudaeos: item Instructio brevis de accentibus Hebraicis.

Biblia Complutensia, cum textu He-

braeo, Chaldaeo, Graeco & Latino, ſtudio & ſumtibus Franciſci Ximenii, archiepiſcopi Toletani, excuſa, prodierunt anno Chriſti clɔ lɔ xv.

Biblia ſacra, Hebraice, Chaldaice, Graece, cum ſingulari verſione Latina, Philippi II, Hiſpaniae regis Catholici pietate & ſtudio, ad ſanctae eccleſiae uſum. Prodierunt aliquot tomis, elegantiſsimis typis a Chriſtophoro Plantino adornata, anno Chriſti clɔ lɔ LXXI. Operi huic magnifico praefuit Benedictus Arias Montanus. Haec Biblia Bibliis Complutenſibus perfectiora & inluſtriora ſunt, bibliothecis Chriſtianorum principum ſatis nota, utinam & viris doctis ſatis trita. Ex hoc opere tomus biblicus cum interlineari verſione Latina Sanctis Pagnini ſeparatim etiam fuit venditus, quae pars ſimili forma nuper recuſa Genevae, typis Roberti Stephani.

Biblia Hebraea nuda, in folio & in quarto impreſſa, anno clɔ cccc xcIv, correctiſsime. Ibidem quoque in octavo excuſa, typo minuſculo eleganti, cum punctis, quale exemplar ſemel tantum apud Iudaeos vidi.

Biblia Hebraea in quarto excudere coepit primo Venetiis Daniel Bombergus, anno clɔ lɔxI, & deinceps ſaepius recuſa.

Biblia Hebraea in quarto a Chriſtophoro Plantino cum punctis vocalibus ſaepius excuſa ſunt, & in octavo ac vigeſimo quar-

quarto, ſine punctis. Ab eodem etiam excuſa in octavo, cum punctis.

Biblia Hebraea in octavo, typo admodum minuto, cum punctis & accentibus, Baſileae anno clɔ Iɔ cx excuſa. Proſtant Francofurti apud Iudaeos.

Biblia Hebraea in decimo ſexto a Chriſtophoro Plantino edita, cum punctis vocalibus.

Biblia Hebraea in quarto ante Plantinum Lutetiae excudit Robertus Stephani, typo inluſtri maiuſculo. Ab eodem excuſa in decimo ſexto eleganter & correctiſsime, anno clɔ Iɔ XLIV.

Biblia Hebraea in quarto cum commentariis R. Salomonis, per Iohannem de Gara, Venetiis.

Chumaſch cum Targum & commentario R. Salomonis, & R. Moſis Nachmanis Gerundenſis, & commentario marginali R. Iſaac Avuhaf אבוהב impreſſus Venetiis per Danielem Bombergum anno CCCVIII, Chriſti clɔ Iɔ XLVIII, in folio. Adiectae ſunt V Megilloth & haphtaroth.

Chumaſch, ſive Pentateuchus cum Targum Onkeli, verſione Arabica R. Saadiae, & Perſica Tavaſii, commentariis item R. Salomonis in folio, Conſtantinop.

Chumaſch, ſive Pentateuchon Hebraicum, cum triplici Targum, Onkeli, Ionathanis & Hieroſolymitano, ac commentariis Rabbi Salomonis, & notis quibusdam

Maſorethicis ac ſymbolis Gematricis. Item Chameſch megilloſ, ſive *quinque libelli*, cum Targum & Raſchi, Eſther autem cum duplici Targum : item Haphtaraе, ſive ſectiones propheticae. Item Liber תולדות אהרן *Toledos Aharon*, continens indicem omnium locorum Pentateuchi, & quinque libellorum, quae adducuntur & explicantur in Talmud, in ſibro זוהר *Zohar*, in libro עקידה *Akeda* & libro עקרים *Ikkarim*, adducto librorum capite, folio & columna. Impreſſus liber Venetiis apud Iohannem de Gara, anno שנ"א & שמ"ו, id eſt, cIↃ IↃ xc, & cIↃ IↃ xcI.

Chumaſch, ſive Pentateuchus, in vigeſimo quarto, ſine punctis, editus Venetiis per Iohannem de Gara, anno שמ"ח id eſt, cIↃ IↃ LXXXVIII. Adiecti ſunt quinque libelli cum Haphtaris ſive lectionibus propheticis. Hunc libellum Iudaei peregrinantes ſolent circumferre, ut lectiones ſabbathinas ex eo peragant.

Chumaſch cum Gloſſa R. Salomonis Hebraeo Germanice, impreſſum bis Baſileae.

Sed omiſſis his generalibus, ſpecialia librorum Rabbinicorum nomina nunc perſequamur.

LIBRI

LIBRI RABBINICI ORDINE ALPHABETHICO DISPOSITI.

א

אב ואם AV VAEM, i. e. *pater & mater.* Liber grammaticalis, quem compoſuit quidam R. Iuda ben Kariſch, ut eſt in libro מאזני לשון הקדש [*Mozne leſchon hakkodeſch*,] ubi dicitur eſſe eximius & honore dignus.

אבודרהם. Liber ritualis, & commentarius ſuper precationes Iudaeorum. Venetiis in quarto, anno cccxxvi. Chriſti clɔ lɔ LXVI.

(אבי אסף AVI ASAPH. Liber ritualis & iuridicus R. Elieſer, filii Iacobi.

אביר יעקוב AVIR IAACOB, *Potens Iacobi* (titulus ex Gen. XLIX, 24.) Liber medicinae R. Meſſer David, filii Meſſer Leon. M. S.)

אבן בוחן EVEN BOCHAN, i. e. *Lapis lydius, lapis probationis.* [titulus deſum-

tus ex Eſai. XXVIII, 16.] Auctor רבי יצחק ספראט , [*Rabbi Iſaac Sprat* ,] qui vixit anno Chriſti clɔ ccc lxxv, vel ספרוט *Sprot* , ut ſcribitur in Iuchaſin , fol. 133, col. 2. Eſt autem ſcriptus liber contra Chriſtianos. Sunt adhuc alii hoc nomine. Hinc in catalogo quodam librorum Iudaicorum , Francofurto ad me miſſo , liber huius nominis ponitur , qui dicitur eſſe poeticus , qualis eſt משל הקדמוני , [*Meſchal hakkadmoni*, de quo vide infra ſuo loco.]

אבן העזר EVEN HAESER , vel , ut alii , אבי העזר *Avi haeſer*. Liber ritualis , cuius auctor R. Iſaac Karo ; editus Venetiis.

אבן יחיוה EVEN IECHIIAH. Eſt commentarius in Hagiographa & quinque libellos. Citatur in libro Tzemach, fol. 35. 1.

אבן סינא AVICENNA, Rabbinicis literis excuſus.

אבן הפילוסופים *Lapis Philoſophorum*. Liber Cabaliſticus ; auctor R. Saadias , qui etiam ſcripſit ספר האמונות , [*Sepher haemunoth* , de quo infra.]

אבן שועי EVEN SCHOI. Commentarius eſt in Legem.

אבן שתיוה EVEN SCATTIIAH, *Lapis fundamenti*. Liber eſt in IV partes deciſus. In I. agitur de eſſentia Dei ; in II. de providentia Dei ; in III. de legis ſcientia ; in IV. de obſervatione praeceptorum legis.

gis. Vidi olim MS. in bibliotheca Heidelbergenſi.

אבקרת רוכל AVKAS ROCHEL, *Pulvis aromatarius.* [ex Cant. III, 6.] Auctor eius ר' מכיר, [*Rabbi Machir*,] ut notatur in Iuchaſin, folio 163. Liber parvus eſt in octavo, ſubdiſtinctus in tres libros: in *primo* agitur de ſignis, prodigiis, bellis & calamitatibus, quae adventum Meſſiae praecedent, & vocantur vulgo a Rabbinis חבלי משיח *Chevle Maſciach*, *dolores Meſſiae.* In *ſecundo*, de anima, eius diſceſſu ex corpore & quo vadat: de eius ſtatu in inferno, & quid infernus ſit: de ſeculo futuro & vita aeterna: de reſuſcitatione mortuorum. In *tertio* de iis, quae dicuntur eſſe הלכות למשה מסיני *traditio Moſis de monte Sinai*: de formatione hominis, & numero membrorum eius, & quibusdam Gematricis Cabaliſticis ex Lege. Impreſſus Venetiis, anno שנ"ן, id eſt, clɔ lɔ xcvii. Eſt mihi & manuſcriptum exemplar.

אבר מן החי EVER MIN HACHAI, *Membrum de vivo.* Docet, de membro, ab animali vivo abſciſſo, non edendum, cuius praecepti fundamentum ponunt in verbis Geneſ. IX, 4. אַךְ בָּשָׂר בְּנַפְשׁוֹ דָמוֹ לֹא תֹאכֵלוּ, ad quae verba R. Salomon notat: אסר להם אבר מן החי *prohibet ipſis membrum de vivo*, q. d. quamdiu anima eius eſt in ſanguine ipſius, non comedetis carnem. Auctor R. Ma..oach.

אגודה AGUDDAH, vel SEPHER AGUDDAH, *Liber conlectaneorum.* Factus putatur a discipulis הר"אש *Haroſch*, id est, Rabbi Ascher, de quo infra. Quidam putant, eum non conlectum ex praelectionibus R. Ascher, sed ex scriptis praeceptorum eius. Continet autem conlectanea varia constitutionum Talmudicarum.

אגור AGUR, vel, SEPHER HAAGUR. Auctor eius R. Iacob לנדא *Landau.* In uno catalogo dicitur esse ספר רינים ופסקי הלכות *liber rituum & decisionum iuris*: alius scribit, esse elementale grammaticum. Forte diversi sunt eiusdem nominis.

אגרון IGGARON. Liber grammaticalis, quem composuit Raf Saadia, ut est in libro מאזני לשון הקדש, [*Mozne leſchon hakkodeſch.*]

אגרת אורחות עולם IGGERES ORCHOS OLAM, *Epistola de viis mundi*, [ex Iob. XXII, 15.] Impressus Ferrarae. Nescio an sit idem, qui simpliciter vocatur *Orchos olam*, de quo infra.

אגרת בעלי חיים IGGERES BAALE CHAIIM, Liber est, in quo conloquuntur homo, ferae, iumenta, aves, reptilia, & vires, virtutes, vitia, proprietates ac natura singulorum explicantur. Ex Graeco dicitur conversus esse in linguam Arabicam. Ex Arabico transtulit eum R. Kaloni-

lonimus. Impreſſus Mantuae in octavo. R. Levi, in commentariis ſuis in Proverbia Salomonis, ſaepe citat librum בעלי חיים, quem puto alium eſſe. (Alterius etiam meminit D. Legerus, de quo ſcribit: *Ex Graeco in Arabicum verſus liber ab Abu Siphe, inde in Turcicam linguam translatus a Laami abi, Solymanni Imperatoris poeta, nec non in Hebraicam. Turcice dicitur* Scheref Ulinſan. *Oſtendit hominem eſſe animal prudentiſſimum, de cuius dominio cum cetera animalia quererentur, & iugum excutere ſatagerent, iudice diabolo vicit homo.*)

אגרת בתי הנהגת הגוף והנפש IGGERES BATTE HANHAGAS HAGGUPH VEHANNEPHESCH. Libellus agens de regimine corporis & animae, auctore R. Schem Toſh ben Falkira. Metrice conſcriptus. Habeo manuſcriptum.

אגרת הויכוח IGGERES HAVVIKKUACH, *Epiſtola redargutionis* vel *diſceptationis.* Libellus parvus eſt, diſputationem continens inter Philoſophiam & Theologiam, oſtendens, illas inter ſe non pugnare, ac proinde non prohibitum eſſe, Philoſophorum libros legere, & illas artes addiſcere. Auctor eius R. Schem Tobh bar Ioſeph ben Falkirae, qui huius libri meminit in ספר המעלות [*Sepher hammaalos.*] Impreſſus Pragae anno cccLxx. Chriſti clɔ lɔ cx. in octavo.

(אגרת החמדה IGGERES HACHEM-

CHEMDAH, *Epistola desiderii.* Cabalisticus. Auctor R. Moses Gerundensis. MS.)

אגרת חמודות IGGERES CHAMUDOS, *Epistola desiderabilium.* Liber Cabalisticus. citatur in praefatione libri Cosri.

אגרת התיול IGGERES HATTIIUL. *Epistola deambulationis* vel *oblectationis.* Pragae. Non vidi.

אגרת המוסר IGGERES HAMMUSAR, *Epistola correctionis*, quam scripsit R. Iehuda Aben Tybbon ad filium suum. Exstat eiusdem nominis alius R. Kalonymi, qui ante ccc annos vixit, & multos libros ex Arabico in Hebraeum convertit.

אגרת הרמבן להתנצלות ספר המורה IGGERES HARAMBAN, *Epistola apologetica Rabbi Mosis, ben Nachman, pro libro More Nevochim.* Edita nuper Hanoviae a R. Ioseph del Medico.

אגרת הסודות IGGERES HASSODOS, *Epistola secretorum.* Saepe citatur in Galatino ad probanda mysteria de Messia.

אגרת חקדש IGGERES HAKKODESCH, *Epistola sancta*, de copulatione mariti cum uxore, ut liberos sanctos consequantur. Auctor Rambam. Basileae apud Frobenium.

(אגרת שבת IGGERES SCHABBAS, *Epistola Sabbathi.* R. Abraham, Aben Esrae, in qua, Sabbathum ipsi adparuisse

ruisse fingitur, & conquestum, noctem sequentem a multis celebrari, non praecedentem, quam probat Sabbatho adcensendam, MS.

אגרת השמד IGGERES HASCHEMED, *Epistola persecutionis.* Auctor Rambam, in qua abnegationem fidei in periculo vitae permittit consulentibus ipsum ob Mahumedanorum persecutionem.)

אגרת שמואל IGGERES SCHMUEL, *Epistola Samuelis.* Expositio super libellum Ruth, Samuelis Uzedae. Venetiis.

אגרת תימן IGGERES TEMAN, Epistola R. Mosis Maiemonidis ad R. Natanaelem בן אלפיומי & ceteros Iudaeos, in meridie habitantes, in qua eos ad constantiam in fide & fortiter ferendas persecutiones hortatur. Edita est haec epistola nuper Hanoviae, una cum aliis aliquot opusculis, a R. Ioseph del Medico. Scripta est a Rambam Arabice, & in linguam Hebraeam translata a quodam R. Nachum, qui eam vocavit פתח תקוה *ostium spei.*

אגרת תחיית המתים IGGERES TECHIIAS HAMMESIM. *Epistola vivificationis vel resurrectionis mortuorum*, R. Mosis Maiemonidis, in qua sententiam suam de hoc fidei articulo explicat magis perspicue & ad captum vulgi, quam alibi. Versa est ex Arabico in Hebraeum a R. Iehuda Aben Tybbon. Edita est nuper Hanoviae ab eodem R. Ioseph del Medico, in quarto.

Scri-

Scripsit hanc epistolam annis quinque post librum More, id est, anno aetatis quinquagesimo quinto.

אגרת התשובה IGGERES HATTESCHUVAH, *Epistola de poenitentia*, vel, epistola responsoria. Cracoviae. Non vidi.

אגרת להמאור הגדול IGGEROS LEHAMMAOR HAGGADOL, *Epistolae ad lumen illud magnum*, R. Mosen Maiemonidem, quae missae ad eum ex Oriente, Occidente, Septemtrione & Meridie. Eiusdem Maiemonidis testamentum ad filium R. Abrahamum. Item quaestiones & responsiones variae. Venetiis, apud Marcum Antonium Iustinianum, in octavo.

(אגרות ר' משה נתן IGGEROS R. MOSCHE NATHAN, *Epistolae R. Mosis Nathanis.* MS.)

אדם וחוה ADAM VECHAVVA, *Adam & Eva.* Liber ritualis, auctor R. Ierucham, Venetiis, anno CCCXVII, in folio.

אדם קדמון ADAM KADMON, *Adam primus.* Cabalisticus.

אדם שכלי ADAM SICHLI, *Adam* sive *homo intellectualis.* Continet varia praecepta & adhortationes, ex sacris petitas, literaliter, Cabalistice & mystice explicatas, ad vitam sancte instituendam, super illud Davidis; *Incurvate vos coram Domino in decore sanctitatis*, Psalm. XXIX, 2. Item tredecim

decim articulos fidei Iudaicae, in quorum ultimo, de resuscitatione mortuorum, fit mentio ossis לוז, quod credunt esse incorruptile, & illud, rore coelesti inrigatum, restituet animae suae totum corpus, illudque vivum eius beneficio existet. Impressus Friburgi Brisgoiae, anno ש"ך cccxx, id est, clɔ lɔ Lx.

אדרא רבא וזוטא IDDERA RABBA VESOTA, *Area magna & parva.* Duo libri Cabalistici celebres, sed non impressi. Scribit etiam quidam, se habere פירוש ארוך על שני האדרות רבא וזוטא *commentarium prolixum super duas Areas, magnam & parvam.*

אדרת אליהו ADDERES ELIIAHU, *Pallium Eliae* [titulus ex 2. Reg. II, 13.] Liber agens de ritibus Karraeorum, in quibus a ceteris dissident, a R. Elia Baschiaco. Editus Constantinop.

אהבה בתענוגים (AHAVAH BETAANUGIM, *Amor in deliciis* (ex Cantic. VII, 6.) Liber R. Mosis Nathan, de articulis fidei, ut More Nevochim, MS.)

אוהב משפט OHEF MISCHPAT, *Diligens iudicium.* Commentarius est in Iobum, qui in Iuchasin, fol. 134. 1. adscribitur R. Simeoni Duran.

אהל יעקב OHEL IAAKOF, *Tentorium Iacobi*, פירוש sive *expositio* super librum Ikkarim. Auctor R. Iacob, F. Schemuelis Capelman, Brisatensis, in quarto.

אהל

אהל מועד OHEL MOED, *Tentorium conventus.* Liber est continens synonyma Hebraica, ex Bibliis petita, adductis singularum vocum exemplis, & loco, ubi reperiuntur. Auctor שלמה מאורבינו *Salomon de Urbino.* Impressus Venetiis anno ש"ח CVIII, id est, CIↃ IↃ XLVIII. apud Marcum Antonium Iustinianum. Adiectus est index alphabeticus omnium vocum. Pertur & *alius* esse huius nominis, expositionem continens articulorum fidei Iudaicorum. Quidam etiam huius nominis cabalisticus R. Bechai.

(אהלי קדר OHOLE KEDAR, *Tentoria kedar*, [ex Psalm. CXX, 5.] R. Salomonis Ieruschalmi Calendarium Arabicum.)

אור החיים OR HACHAIIM, *Lumen vitae.* Ferrarae in quarto. Quidam scribit, esse מזהיר על לימוד התלמוד ומרחיק הפילוסופיא *adhortari ad studium Talmudicum, & dehortari a Philosophia.*

אור השכל OR HASSECHEL, *Lux intellectus.* Citatur saepe in libro צור שלום. Rabbinus quidam scribit, esse Cabalisticum, בלא תועלם רב *exiguae utilitatis.*

אור זרוע OR SARUA. Vide Abbreviaturam א"ז.

אור יי OR ADONAI *Lux* DOMINI. Auctor R. Chasdai, qui obiit anno CIↃ CCCXCVI. Ferrarae anno CCCXV. Rabbinus quidam scripsit,

pſit, hortari ad ſtudium Talmudicum. Alius, eſſe ספר מוסר וחכמה אלהית *librum ethicum & Theologicum.* Eſt & alius liber eiusdem tituli, cuius auctor ר׳ עובריה *R. Ovadia,* ſive Obadias Siphronius, qui liber recenseſt, ab anno ɔlɔ lɔ L. eſtque commentatius in Legem.

אור יקר OR IAKAR vel אור יקרות OR IEKAROS, *Lux pretioſa*, (ex Zach. XIV, 6.) Liber Cabaliſticus in folio. Lublini.

אור נערב OR NEERAF, *Lux mixta.* Liber Cabaliſticus R. Moſis Corduero. Venetiis.

אור עמים OR AMMIM, *Lux populorum.* Auctor R. Obadias Medicus Siphronius. Impreſſus Boloniae anno Chriſti ɔlɔ lɔ L. Eſt liber Medicus. Eſt & alius eiusdem nominis, continens quaeſtiones quindecim de Deo & anima.

אור עינים OR ENAIIM, *Lux oculorum.* Liber Cabaliſticus, editus Cremonae in quarto. Alius Hebraeus ſcribit, eſſe ספר קנין חכמות על תר״ג מצות *librum ad comparandas artes per* lɔ CXIII. *praecepta.*

(ספר האורה SEPHER HAORAH, *Liber lucis*, R. Ioſeph Gecatiliae, Caballiticus.)

אורים ותומים URIM VETUMMIM. Commentarius eſt in Ieſaiam; auctor מוה״ר מאיר ערמאה *R. Meir Armaah,*

maah, nepos, ut puto, R. Iſaaci, auctoris libri עקידה *Akeda*, de quo infra. Impreſſus Venetiis, anno השס"ג id eſt, CCCLVXIII, Chriſti clɔ lɔc VIII. Eſt & alius Cabaliſticus huius nominis, cuius auctor, R. Menachem, filius R. Aſarielis, qui ſcripſit סבר המלואים, [*Sepher Hamilluim.*]

אות אמת OS EMES, *Signum veritatis.* Liber criticus, continens expoſitionem dictionum peregrinarum, & varias lectiones in Rabbos, auctore Mahir Bombanaſſe. Impreſſus Theſſalonicae, Cracoviae, & Venetiis. Citatur in מתנות כהונה [*Matthanos cehunnah*,] ſive commentario in Bereſchit rabba ſect. 31. & alibi.

(אות הברית OS HABBERIS, *Signum foederis*, [ex Geneſ. IX, 12.] R. Menachem Rabbae. Editus.)

אות נפש OS NEPHESCH, *Signum animae.* Elucidatio eſt in quaedam Aben Eſrae commentaria.

אותיות הסתר והמשך Liber Grammaticus de literis quieſcentibus & mobilibus, cuius auctor R. Iehudah Chiiug, qui a nonnullis ſtatuitur primus Hebraeorum Grammaticorum. Citatur ſaepe ſic in libro מעשה אפוד, [*Maaſe ephod.*] ut cap. X, & alibi. Fertur & alios ſcripſiſſe.

אותיות ר' עקיבה OSIOS, id eſt, *literae R. Akivae.* Liber eſt Cabaliſticus. Cracoviae. Exſtat ſuper hunc etiam

etiam ארוך פי׳ *commentarius prolixus.*

(ספר האחד SEPHER HAECHAD. Aben Eſrae libellus, de virtute numerorum ab uno ad decem, MS.)

איוב IOBUS, cum פירוש יצחק כהן בן הרב הכולל מה״ר שלמה הכהן *commentario Iſaaci ſacerdotis, filii R. Salomonis ſacerdotis.* Conſtantinop. apud Elieſarum Sonzinum, anno cccv, Chriſti cIↄ Iↄ XLV, in quarto. Hunc accepi nuper ex Italia.

(איל משלש AIIL MESCHILLASCH, *Aries triennis* (Gen. XV, 9.) Liber manuſcriptus, cuius auctor idem qui ſcripſit רפואה אף חכמתי.)

איילת אהבים AIIELES AHAVIM, *Cerva amorum.* [ex Prov. V, 19.] Commentarius R. Schimeonis אלקבץ Alcabitii ſuper Canticum canticorum. Venetiis.

איילה שלוחה AIIALA SCHELUCHAH, *Cerva emiſſa*, (Titulus ex Geneſ. XLIX, 21.) Fertur eſſe commentarius in Iↄcxiii. praecepta Moſaica. Chriſtianus Gerſon, e Iudaiſmo ad Chriſtianiſmum converſus anno Chriſti cIↄ Iↄc, aliquot ex eo adducit teſtimonia ad evertendam fidem Iudaicam.

איומה כנדגלות AIUMMA KENIDGALOS, *Terrifica ut vexillo inſignitae.* (Titulus ex Cant. VI, 3.) Citatur in libro Caphtor, quem infra adducemus. Conſtantinop.

(אכלה ואכלה OCHLA VEOCHLA. Maſorae initium hoc erat, ideo hoc titulo ſeu nomine ſaepiſſime citatur. Innumeri autem ſunt liberi Maſorae MSS.)

ספר אלדד הדני *Liber Eldad Danitae*, in quo varia hiſtorica de decem tribubus, & de fluvio Sabbation. Conſtantinop.

אליה מזרחי ELIIAH MISRACHI, *Elias Orientalis.* Commentarius in Legem & R. Salomonem. Impreſſus Cracoviae an. CCCLV, & Venetiis, in fol.

אלפסי ALPHESI. Liber eſt in tres partes diſtinctus, Talmud compendioſe tractans. Primus liber complectitur ea, quae parte prima & ſecunda Talmudica traduntur. Praeterea alii adiiciuntur tractatus breves: הלכות טומאה de *variis pollutionum generibus*: הלכות ספר תורה de *libro legis*: הלכות מזוזה de *ſcheda, quae poſtibus ianuarum includitur*, quae doctrina fundata eſt in illo Moſis: *Erunt verba iſta, quae ego praecipio tibi hodie, in corde tuo*, &c. *etiam inſcribes ea poſtibus domus tuae, & portis tuis*, &c. Deuter. VI, 6. הלכות תפלין de *ligamentis precum*, quae manui ſiniſtrae & fronti adligantur tempore precum, iuxta illud Moſis: *Etiam adligabis ea in ſignum manui tuae, & erunt pro frontalibus inter oculos tuos*, Deut. VI, 8. הלכות ציצית *de fimbriis* ſive peniculamentis, quae induuntur tempore precum, & alias etiam a ſanctioribus geſtantur, iuxta illud Moſis: *Adloquere filios Iſraëlis, &*

edi-

edicas eis, ut faciant sibi peniculamentum in oris vestimentorum suorum per generationes suas, & adhibeant peniculamento ipsius oras filum hyacinthinum, &c. Numer. XV, 38. De his vide Synagogam nostram cap. 4. II. Liber tractat, quae parte Talmudica tertia continentur, adiecto libro Cholin ex parte Talm. quinta. III. liber continet partem Talmud. quartam, & quosdam libros ex parte quinta. Pars (excepto libro Nidda) plane omissa est, quia eius, apud Iudaeos, extra terram sanctam exulantes, non ita adcuratus usus requiritur. Adjecta sunt in fine viginti capita de iuramentis praestandis, & officio iudicis circa iuramenta exigenda, quorum auctor R. Isaac ben Ruben. Liber ultimo excusus Basileae in octavo, an. clɔ lc ı ı, sine commentario, ac prostat Francofurti apud Iudaeos. Antea vero, anno Christi clɔ lɔ xcv ı ı, excusus Cracoviae in folio, cum commentariis R. Salomonis Iarchi, R. Iona, & R. Nissim. Fuit *σύγχρονος* R. Salomonis Iarchi, ac mortuus anno Christi clɔ c ı ı ı, R. Salomon biennio post. Ob summam autem istius Alphesi celebritatem R. Salomon, post acceptum librum, statim in eum commentatus est.

אם הילד EM HAIELED, Mater pueri. Liber parvus grammaticalis.

אמנה AMANAH, vel SEPHER AMANAH, *Liber fidei.* Liber Hebraeus est in quarto, continens defensionem & ad-

ſertionem fidei Chriſtianorum contra Iudaeos, cum refutatione argumentorum contrariorum, conſcriptus a Iudaeo Chriſtiano, & Latine converſus per Paulum Fagium. Impreſſus Iſnae, anno Chriſti clɔ lɔ XLII. Habeo etiam exemplar, manu Iudaica exaratum.

אמונה EMŪNA, vel SEPHER EMUNAH, vel, ספר אמונה *Liber fidei.* Auctor Rabbi Schem Tof. Eſt & alius huius nominis, cuius auctor R. Saadia Gaon, editus Conſtantinop. in quarto. Citatur a R. Davide Ieſa. XVIII, 2. Continet pleraque phyſica de Deo, de mundo, de anima, de reſurrectione. Item de Deo, eius unitate & promulgatione legis. Vidi in inluſtri quadam olim bibliotheca. *Alius* liber huius nominis Cabaliſticus eſt, conſcriptus a Rabbi Bechai.

אמונה רמה EMUNA RAMAH, *Fides alta.* Auctor R. Abraham, filius Dior, qui ſcripſit etiam librum Cabalae, Iuchaſin, fol. 131, 2.

(ספר האמונה SEPHER HAEMUNAH, *Liber fidei.* R. Ioſeph Kimchi diſputatio contra Chriſtianos.

ספר האמונות *Liber rerum credendarum.* R. Meir de Rotenburg. Cabaliſticus. MS.)

אמרי בינה IMRE BINAH, *Verba intelligentiae.* Titulus ex Prov. I, 2. Liber novus & recens eſt, complectens explicationem

nem

nem vocum exoticarum & difficiliorum in Zohar, & eſt eius quoddam lexicon, impreſſus Pragae, anno שע״א CCCLXXI. id eſt, Chriſti clɔ lɔ cxi. Alter liber, ipſi adiunctus, eſt eius quaſi altera pars, cui titulus מקור חכמה *Mekor chochma*, Fons ſapientiae, in quo breviter & perſpicue explicat פשטי הזהר *ſenſum* rerum quae in *Zohar* tractantur. Auctor eius ר׳ יששכר בער *R. Iſaſchar* Bähr / id eſt, *Urſinus*, filius Rabbi Moſche Petachia. In praefatione ſcribit, ſe conſcripſiſſe etiam ספר פתחי יה *Librum Piſche Iah*, in memoriam nominis patris ſui פתחיה Petachia, qui ſit quaſi commentarius inluſtris in librum Cabaliſticum פרדס רמונים *Pardes rimmonim*. Alterum etiam, cui titulus יש שכר *Ieſch ſachar*, in memoriam nominis ſui *Iſaſchar*, qui agit de ſententiis iudicialibus libri Zohar. Porro in citatione foliorum, in duobus prioribus libris, auctor ſcribit, ſe ſecutum editionem Zohar Cremonenſem, quod ea pluribus exemplaribus proſtet, quam editio Veneta. Citatur & alius liber huius nominis in libro Coſri folio 187. in comment. col. 4. Denique etiam vocat ſic R. Aſarias tertiam partem libri ſui מאור עיניים. [*Meor enaim.*]

(אמרי נואש IMRE NOASCH, *Verba deſperati*, (titulus ex Iobi VI, 26.) Liber R. Salomonis Piera de rhythmis Hebraicis, ſeu poeticorum verborum copia. MS.)

אמרי נעם IMRE NOAM, *Verba*

iucunda, [ex Prov. XV, 26.] Conciones, vel commentarius in Legem, Rabbi Obadiae Saforno. Conſtantinop. anno CCC, in quarto & Cracoviae.

אמרי שפר IMRE SCHEPHER, *Verba pulchritudinis.* [ex Gen. XLIX, 21.] Commentarius in Legem, editus Lublini. Auctor ר׳ אבשלום מזרחי *R. Abſalom orientalis.* Citatur a R. Abrahamo Balmeſio in litera F. 2.

ספר של רבי אנשל SEPHER SCHEL RABBI ANSCHEL, *Liber R Anſchel.* Lexicon eſt Hebraeo Germanicum impreſſum Cracoviae, anno mundi CCCXLIV, Chriſti CIↃ IↃ LXXXIV.

(ספר האסופות SEPHER HAASUPHOS, Liber conlectaneorum, R. Eliae Carcaſſonae, Liber ritualis aut iuridicus.

אף חכמתי רפואה Liber Medicus.)
[Titulus ex Eccleſ. II, 9. conf. ſupra איל משלש]

איסור והיתר ISSUR VEHETTER, *Vetitum & licitum.* Liber eſt agens de vetitis & licitis, maxime in ciborum differentiis. Auctor eius ר׳ יצחק מדורא *R. Iſaac Durenſis*, qui floruit anno CIↃ CCCXXXIV. unde liber communius vocatur שערי דורא *Schaare Dura*, *Portae Dura.* Commentario eum inluſtravit R. Salomon Luria, qui floruit ante CCCC. annos. Liber eſt in quarto. Plures autem auctores huius generis & tituli libros ſcripſerunt.

אפריון שלמה APPIRION SCHELOMOH, *Thalamus Salomonis.* Liber parvus, continens res profundas de myſteriis Cabalae.

אפורי. Vide מעשה אפור.

אוצר הכבוד OTZAR HAKKAVOD, *Theſaurus gloriae.* Liber Talmudicus, manuſcriptus. Quidam ſcribit, eſſe פירוש אגדות על דרך הקבלה.

אוצר החיים OTZAR HACHAIIM, *Theſaurus vitae.* Cabaliſticus, cuius auctor Rabbi Moſes, bar Nachman.

(אוצר יי OZAR ADONAI, *Theſaurus Domini,* [ex Deut. XXVIII, 12.] R. Ioſeph Caſpi expoſitio in Pentateuchum MS. *Alius* huius nominis Cabaliſticus, Rabbi Moſis Gerundenſis.)

אקלידוס *Euclides*, ex Arabico in Hebraeum ſermonem translatus, per Moſche Aben Tybbon, qui ſcribit in praefatione, ſe abſolviſſe eum anno Chriſti cIↃ cc LXX. Auctor libri *Tzemach* notat, ſe vidiſſe & legiſſe eum in Saxonia.

ארבע טורים ARBA TURIM, *Quatuor ordines.* Liber eſt ritualis & iuridicus, in folio, excuſus Venetiis apud Bombergum, anno CCLXXXII, id eſt, cIↃ IↃXXII; item Cracoviae & Cremonae. Eſt autem magnae auctoritatis, cuius concordantiae per totum Talmud margini eius adpoſitae ſunt, diſtributus in quatuor partes. Prima vocatur אורח חיים *Orach chaiim*, *via vitae*: altera

tera יורה דעה *Iore deah*, *docens ſcientiam:* tertia, חשן המשפט *Choſen hammiſchpat*, *pectorale iudicii:* quarta, אבן העזר *Even haeſer*, *lapis auxilii.* Ex hoc poſtea magna compendia facta ſunt, quale eſt שלחן ערוך *Schylchan aruch*, liber in folio, de quo ſuo loco. Auctor eius R. Iacob, filius R. Aſcher. Scripſit librum anno Chriſti clɔcccxl, ut ex ipſo libro adparet, in iuribus ראש חודש *Roſch chodeſch*, id eſt, novilunii, num. 427. Scripſit idem auctor פירוש התורה commentarium in Legem, qui excuſus Venetiis, anno cccxv. id eſt, clɔ lɔ xliv.

ארזי לבנון ARSE LEVANON, *Cedri Libani.* [ex Pſal. civ, 16.] Venetiis.

אורח חיים ORACH CHAIIM, *Semita vitae*, [ex Pſ. XVI, 11.] auctor R. Raphael מנורצי. Venetiis.

(אורח סלולה ORACH SELULAH, *Via ſtrata.* (ex Prov. XV, 19.) De Calendario, feſtis, &c. Auctor R. Iſaac Alchadeb. MS.)

אורחות חיים ORCHOS CHAIIM, *Viae vitae.* [ex Prov. II, 19.] Liber parvus, ethicus & moralis, ad vitam ſecundum virtutem inſtituendam. Conſtantinop. auctor R. Elieſer.

ארחת חיים הארוך ORCHAS CHAIIM HEARUCH, *Via vitae maior.* Auctor ר' אהרן הכהן *R. Aharon Hacohen.* Prodiit circa annum Chriſti clɔ cccxxxiv.

ארחת עולם ORCHAS OLAM, *Via*

Via mundi, [ex Iob. XXII. 15.] Citatur in libro *Tzemach*. Eſt commentarius in Iobum: Auctor R. Abraham Peritzol. Iuchaſin, fol. 155.

(אורחות עולם ORCHOS OLAM, *Viae mundi*. Fertur eſſe Geographiae epitome, & Venetiis editus. Forſan eſt ille, qui ſupra vocatur אגרת אורחות העולם.)

אורחות צדיקים ORCHOS ZADDIKIM, *Viae iuſtorum*. [ex Prov. II, 20.] Pragae.

(ארון העדות ARON HAEDUS, *Arca teſtimonii*, R. Iudae Barſellonii Conciones.

ספר האשכול SEPHER HAESCHKOL, *Liber botri*. Iuridicus, R. Abraham, filii Iſaaci.

אשכול הכופר ESCHKOL HACCOPHER, *Bacca cypri* (Cantic. I, 14.) Liber ritualis R. Moſe Chalana. MS.)

אשת חיל ESCHES CHAIIL, *Mulier ſtrenua*. [ex Prov. XII, 4.] Liber parvus eſt in octavo, eleganter deſcribens ex ſacris literis virtutes uxoris ſtrenuae, & eius officium erga maritum, ac quomodo pax coniugii conſervanda, & res familiaris augenda. Auctor אברהם יגל *Abraham Iegel*. Impreſſus Venetiis per דניאל זאניטי *Danielem Sanetum*, anno השסן CCCLXXI, id eſt, Chriſti clɔ lɔ cxi. Dedicatus eſt hic libellus alii cuidam praeſtanti Rabbino, cum

docta

docta epistola dedicatoria, more Christianis usitato, quod alioqui Iudaeis insolens.

אשרי ASCHRE, vel ASCHERI. Sic vocantur compendia Talmudica, quae singulis libris forma thesium aut conclusionum universalium subiecta sunt, quae composuit R. Ascher, vulgo *Haroseh* dictus, unde אשרי quasi *Aschereа* compendia, vel Aschereae conclusiones. Mortuus est R. Ascher, anno Christi clɔ cccxxviii. Toleti.

ב

בא גד BA GAD, *Venit turma* (ex Genes. XXX, 11.) Explicat utilitatem circumcisionis. Auctor R. Mosche Ilpeles. Venetiis in quarto.

באר הגולה BEER HAGGOLAH, *Puteus* vel *fons captivitatis.* Est explicatio dictorum Talmudicorum, quae prima fronte absurda vel paradoxa videntur. [Hinc Menasse, ben Israel, scribit esse defensionem Talmudis.]

באר מים חיים BEER MAIIM CHAIIM, *Fons aquarum vivarum.* Liber Cabalisticus. Auctor ר' חיים רבוצל *R. Chaium Ceparius*, vel a loco sic dictus, Constantinop. Alius Cabalisticus adtribuitur Rabbenu Meir, de Rotenburg. Plures sunt autem huius nominis libri.

באר

באר משרת BEER MOSCHE, *Puteus Moſis.* Liber eſt explicans Germanice voces difficiliores, quae in Moſe habentur, Pragae an. CCCLXIV, id eſt, ↄↄ ↄCIV. Alius eſt לקח טוב *Lekach tof*, qui eſt quaſi lexicon Germanicum reliquorum omnium librorum Biblicorum.

ביאור BIUR, *declaratio*, Elucidatio. Proprie ſupercommentatio eſt, Commentarius in alium commentarium. Talis in Raſchi plures ſunt. Ut *Biur* R. Abraham Pragenſis ſuper Peruſch Raſchi: *Biur* ר' אליהו מזוחרי *R. Eliae Orientalis*, in quem Eliam nuper alius quidam ſupercommentatus eſt, de quo dicemus infra in ידיעות שלמה. Sic etiam exſtant ביאורי בחיי *Elucidationes Bechai*, rerum difficilium, Cabaliſticarum praeſertim, quae in Bechai occurrunt. Sic in alios.

בדק הבית BEDEK HABBAIIS, *Fiſſura domus*, [ex 2. Reg. XII, 6.] Liber pertinens ad complementum Rabbi Ioſeph Karro, & ab eodem conſcriptus. Venetiis anno CCCLXVI, [id eſt Chriſti ↄↄ ↄCVI,] in quarto.

ברשי *Badreſchi.* Vide בחינת עולם.

בהיר BAHIR, vel SEPHER HABBAHIR. *Liber inluſtris*, Lucidarius cabaliſticus. Liber eſt omnium Rabbinicorum antiquiſſimus, de profunda Kabala & myſteriis nominum divinorum conſcriptus, hactenus nondum editus eſt, ut Iudaei referunt,

ob

ob arcanam ſapientiam, multa tamen ex eo in Rabbinorum ſcriptis paſſim adducuntur. Auctor eius רבי נחוניא בן הקנה R. *Nehonia ben hakkana*, qui σύγχρονος fuit Ionathani paraphraſtae, annis triginta aut quadraginta ante Chriſtum, quo tempore multi docti erant, quorum celebris & frequens in Talmud fit mentio, & commemorantur in Iuchaſin, folio 19. & 20. Hic eſt ille R. Nechonia, cuius dictum celebratur in *Pirke avos*, Capitulis Patrum, cap. 2. his verbis: כל המקבל עליו עול תורה מעבירין ממנו עול מלכות ועול דרך ארץ וכל הפורק ממנו עול תורה גוזרין עליו עול מלכות ועול דרך ארץ id eſt, *Quicumque recipit in ſe iugum Legis, ab eo tollitur iugum regni, & iugum viae terrae: quicumque autem abiicit a ſe iugum Legis, ſuper eo decernitur, ut ferat iugum regni & iugum viae terrae.* Senſus: Quicumque verbi divini ſtudio intentus eſt, is muneribus & oneribus politicis non implicatur, neque ad ſtatum plebeium deprimitur, in quo multa cura victus. Contra, qui contemnit ſtudium Legis divinae, utrumque iugum ferre cogitur. Hic quoque eſt ille Nechonia, de quo in Miſchna Talmudica refertur, quod in ingreſſu & exitu e ſchola ſolitus ſit orare, contra communem conſuetudinem. Rogatus quare id faceret, reſpondit: ingrediens oro Deum, ne ullibi in doctrina impingam: exiens, gratias eidem ago pro parte

te

te mihi conceſſa : *Berachos cap.* 4. Ex libro Bahir teſtimonium grammatici adducunt pro antiquitate punctorum vocalium adſtruenda, quod & ego in Theſauro meo Grammatico ex Cephalerio deſcripſi. R. Gedalia in libro Sehalſchelet citat etiam librum parentis eius, inquiens : *Vidi in libro Hakanae , Patris R. Nechoniae, quod &c.* fol. 47. 1.

בחיי BECHAI. Celebris auctoris nomen, qui ſcripſit luculentiſſimum commentarium in quinque libros Moſis, qui hoc nomine vulgo vocatur. Floruit anno Chriſti clɔ ccxc1. Scripſit & alium librum, de quo in litera Caph. Fuit & alius Bechai, qui vocatur בחיי הזקן *Bechai ſenex.* Is auctor celebris libri de quo in litera ח. Commentarius in Legem impreſſus eſt in folio, Venetiis apud Bombergum, an. רפ״ו id eſt, CCLXXXVI, Chriſti clɔ lɔ xxvi, & clɔlɔxlvi, typo eleganti & charta munda, cum locis Scripturae in margine adnotatis. Cabaliſtica ſaepe immiſcet, unde non ab omnibus intelligitur. Celebris alioqui ſcriptor. Vidi & in quarto excuſum Rivae, typo minutiore. Acerbior non raro eſt in Chriſtianos, unde poſtea per cenſuram Venetorum talia in ipſo deleta. Id in Paraſcha ויצא VAIETZE, in Paraſcha האזינו *Haaſinu*, in Paraſcha כי תצא *Ki teze*, & alibi, ſaepius videre eſt, quae in exemplari Rivenſi fuerunt expreſſa.

בחינת הדת BECHINAS HADDAS,

DAS, *Probatio*, examen *Legis*. De vero modo diſcendi & docendi Legem. Auctor R. Ioſeph del Medico, Rabbinus Philoſophus & Medicus inſignis, Francofurti nunc agens, in quarto.

בחינת עולם BECHINAS OLAM, *Probatio*, examen *mundi*. Liber inſignis, tam quoad res, quam quoad verba. Agit de vanitate mundi contemnenda, & quaerendo regno Dei. Id verbis tam eloquenter, polite, & docte effert, ut eloquentiſſimus habeatur, quisquis ſtylum eius imitatur. De eo monitus aliquando Munſterus ab Andrea Maſio, eum prae omnibus aliis legere exoptavit, ſi copia ipſi fieri poſſet, ut ipſemet ſcribit in praefatione in Sphaeram Hebraicam. Eſt Cracoviae excuſus in octavo, cum breviſſimis ſcholiis, anno אש"ים CCCLI, id eſt, ↀↃ Ↄ XCI. Poſtea Pragae cum pleniori commentario, an. רש"מח CCCLVIII, id eſt, Chriſti ↀↃ Ↄ XCVIII. Eſt & Romae & alibi in Italia excuſus. Auctor R. ידעיה *Iedaia happenimi*, filius Abrahami Badreſchi. Vixit Barſellonae in Hiſpania, anno Chriſti ↀↃ CCXCVIII. In *Tzemach David* fol. 58. vocatur R. Iacob, ſed in libri fronte R. Iedaia. Nactus ſum nuper antiquum eius exemplar in membrana ſcriptum. [Latina interpretatione atque animadverſionibus inluſtratus eſt ab Allardo Uchtmanno, & excuſus Lugd. Bat. anno ↀↃ Ↄ CL, in octavo.]

בחור BACHUR, vel SEPHER HABBA-

BACHUR, *Liber electus.* Liber Grammaticus ſatis notus : Auctor Elias Levita Germanus, anno Chriſti cIↄ Iↄ XVII. quem poſtea Munſterus Latine reddit, & excudit Baſilcae Frobenius.

בטחון BITTACHON, vel SEPHER HABBITTACHON. *Liber ſpei.* Cabaliſticus. Auctor Rabbi Moſche, bar Nachman.

(בית־אל BES EL, *Domus Dei.* R. Davidis de Stella. MS.)

בית אלהים BES ELOHIM, *Domus Dei.* Auctor R. Moſche דמורנדי *de Trana.* Conſtantinopoli, ubi ſuperſtes adhuc fuit huius auctoris filius Ioſephus, anno cIↄ IↄCXXXV, in magna auctoritate apud Iudaeos, ut ſcribit quidam. Scribit item, alium eſſe librum huius nominis, qui continet Expoſitionem Sphaerae de Sacroboſco, auctore R. Moſe Almoſnino. Eſt & alius huius nominis Commentarius in Bereſchit Rabba. Primus, ni fallor, impreſſus quoque eſt Venetiis. [Sed & alius exſtat hac inſcriptione, lingua confectus Luſitanica, auctore R. Abraham Cohen Irira, Luſitano, qui eum e dogmatibus R. Iizchak Lorienſis compilavit. Continet pneumaticam Cabaliſticam, & alia]

בית דוד BES DAVID, *Domus Davidis.* Liber Philoſophicus Rabbi Meſſer David, filii Meſſer Leonis.

בית דין יפה BES DIN IAPHE,

Domus Iudicii pulcra. Liber ritualis R. Samuelis Iaphe, qui ſcripſit etiam יפה תאר & יפה מראה & יפה עינים.

בית יי BES ADONAI, *Domus Domini.* R. Moſis Lotà.

בית יוסף BES IOSEPH, *Domus Ioſeph.* Liber magnus eſt, complectens ritus, conſuetudines, iura & iudicia communis politiae Iudaicae. Auctor R. Ioſeph Karro Hiſpanus, annò Chriſti clɔ lɔ lxxv: conſtat 4. voluminibus.

בית יעקב BES IAACOB, *Domus Iacobi.* Vide עין יעקב. Vidi citari quemdam huius nominis commentarium in Cosri Rabbi Iacob bar Chaiim.

בית לחם יהודה BES LECHEM IEHUDAH, *Bethlehem Iudaeae.* [ex Mich. V, 1.] Expoſitio *Pirke avos*, R. Iudàe לירמא *Lermae*, edit. Venetiis, in quarto. Iudaeus quidam venalem obtulit pro aureo Ungarico. Eodem nomine exſtat index in librum עין יעקב R. Iudae Lemodenà, etiàm Venetiis excuſus.

בית מדות BES MIDDOS, *Domus morum.* Liber ethicus, qui citatur in libello ראשית חכמה, fol. 103. 1.

בית מוער BES MOED, *Domus conventus.* Conciones feſtales & àliae, R. Menachem Rabbae, editus in Italia.

ספר בכשרות BACCOSCHAROS, *Cum compedibus.* Titulus ex Pſalm. LXVIII, 7. Liber Carminum Hebraicorum, diviſus

in

in duas partes ; in prima continentur שירות ומירות *Cantiones & Pſalmi laetiores* ; in altera קינות *Threni* & cantiones lugubres. Autor Rabbi Ephraiim filius Rabbi Ioſeph. Impreſſus Cracoviae anno CCCLXVIII, Chriſti clɔ lɔc VIII, in quarto.

(בן ארבעים לבינה BEN ARBAIM LEBINAH ; *Filius quadraginta annorum ad prudentiam* (titulus ex Pirke Avoth cap. 5.) Liber Aſtrologicus R. Abraham Sa huth. MS.)

בן המלך והנזיר BEN HAMMELECH VEHANNASIR , *Filius Regis & Naſiraeus.* Liber ex Graeco tranſlatus in Arabicum , & ex Arabico in Hebraeum , verſu & proſa , à R. Abraham hallevi , ben Chaſdai. Liber moralis editus Ferrarae.

(בן זקנים BEN SEKYNIM, *Filius ſenectutis* (Geneſ. XXXVII, 3.) R. Iudae Levi verſus frigidi & inepti.

בן משלי BEN MISCHLE, *Filius prōverbiorum.* Verſus ſunt antiquiſſimi Poetae, R. Samuelis Hannagid , qui ante 700. annos ſcripſit , & librum ſuum משלי inſcripſit. Alii eum tribuunt R. Iehudae Aben Tybbon.)

בן סירא BEN SIRA. Liber eſt antiquus , complectens ſententias morales utiles , à Paulo Fagio , Latine redditus, & editus Iſnae , anno clɔ lɔ XLII. in quarto. De novo eum recenſuit & inluſtravit Iohannes Druſius , adiectis ipſi elegantium adagio-

rum Hebraicorum aliquot Decuriis, excusſus Franekerae, anno clɔ lɔ xcvii. Ego habeo exemplar antiquiſſimum Conſtantinopoli impreſſum, idem illud quo Munſterus uſus, & ex quo Hebraica iſta de Presbytero Iohanne excerpſit, quae fini Coſmographiae ſuae addidit. In eo multa fabuloſa de ſapientia Ben Sirae poſt ſententias morales iſtas adſperſa ſunt. Inſunt & alii tractatus plures, veluti Hiſtoria de R. Ichoſua, qui, invito angelo mortis, vivus inlapſus eſt in Paradiſum, cuius deinde formam, & manſiones omnes deſcripſit: item Medraſch libri Eſther: מעשה תורה *Res memorabiles Legis:* Capita ſive exemplar literarum, quas פרישמי יואן *Preſte Iohan* miſit ad Papam Romanum de qualitate ſuae terrae, ex qua Munſterus iſta deſumſit: ספר אלדד הדני *Liber Eldad Danitae:* מעשה אברהם *Hiſtoriae admirabiles de Abrahamo:* מעשיות שבתלמוד *Hiſtoriae quaedam inſignes Talmudicae:* ספר זרובבל *Liber Zerobabelis:* מדרש ויסע *Medraſch vaioſcha*, homilia in hiſtoriam liberationis ex Ægypto: ספר טוביה *Liber Tobiae*, quem Munſterus ſuae Grammaticae adiecit: ספר ארחות חיים *Liber viarum vitae*, qui praecepta ethica continet ad pietatem informantia.

בן פורת יוסף BEN PORAS IOSEPH, *Ramus foecundus Iſephi* (ex Gen. XLIX, 22.) Diſputatio Iohannis Micae, qui a Chriſtiana religione defecit, & in apoſta-

postasia Ioseph נשיא *Nasi* dictus est. Fuit tempore Selimi secundi. Editus Constantinopoli.

בעל העיטור BAAL HAITTUR. Liber Talmudicus de vetitis & licitis.

(בעלי אסופורת BAALE ASUPHOS, *Domini* conlectionum vel conlegiorum (ex Eccles. XII, 11.) Miscella variorum est conlectio. MS.

בעלי החלומות BAALE HACHALOMOS, *Domini somniorum*, [ex Gen. XXXVII, 19.] Rabbi Iacob Corbeil de responsis in somniis. MS)

בעלי הכפל BAALE HAKKEPHEL, *Duplicantia*. De verbis duplicantibus. Grammaticalis Rabbi Iudae Chaiud, (puto Chiiug.) Est alter eiusdem nominis argumenti liber R. Iona Gerundi.

בעלי נפש BAALE NEPHESCH, *Viri animati*. Liber est, continens varias iuris sententias & decisiones. Auctor R. Abraham, ben David, qui abbreviate vocatur הרא"ב / & vixit anno Christi clɔ c xcviii.

בקשות ומירות BACCÁSCHOS USEMIROS, *Quaestiones & cantiones*. Rabbi Berachiae fabulae. Venet. Sic inveni in catalogo librorum Hebr. Bibliothecae Oxonienſis, ad me missso. Ita autem vocatur auctor libri משילי שועליכם. unde nescio an forte idem sit liber.

בראשית רבא BERESCHIS RABBA, בראשית vox prima eſt libri primi Moſis, qui ab ea Hebraeis ſic denominatur. Eſt itaque ac ſi dicas, *liber Geneſis magnus*, id eſt, magna Gloſſa inluſtratus. Liber huius nominis duplex eſt: Primi antiquioris auctor ר׳ אושיעיא *R. Uſchaia*, diſcipulus R. Iehudae ſancti, qui librum Miſchnaios ſive traditionum Talmudicarum conlegit. Poſtea hic Uſchaia diſcipulus eius, coepit librum iſtum publice in ſcholis legere, interpretari, diſputationibus examinare, & tandem commentario inluſtrare. Hunc commentarium vocavit בראשית רבא *Bereſchis rabba*, continetque nihil aliud quam declarationem libri Miſchnaios. Vixit circa annum Chriſti ccx, & ulterius. Alter, *Bereſchis rabba* dictus, commentarius eſt in primum librum Moſis, non literalis aut textualis, ſed allegoricus, hiſtoricus, & varius admodum, lingua Hieroſolymitana conſcriptus, & Graecis vocabulis maxime abundans. Eadem commentandi ratio per alios quatuor libros Moſis obſervata eſt, quorum quisque a רבא *Rabba* nomen habet, שמות רבא *Schemos rabba*, gloſſa *Exodi magna*, במדבר רבא *Bemidbar rabba* Gloſſa *numerorum magna*, &c. Tales Commentarii ſunt quoque ſuper V Megillos: hinc, שיר השירים רבתי gloſſa *Cantici Canticorum magna*, איכה רבתי *Echa rabbeſi*, gloſſa *Threnorum magna*, &c. Communi nomine omnes dicuntur for-

ma

ma plurali רבורת *Rabbos.* Auctor eſt רבא בר נחמני *Rabba bar Nachmoni*, qui floruit circa annum Chriſti ccc. Excuſus aliquoties in Italia, ut Venetiis, & Conſtantinopoli, anno CCLXXII. id eſt, ClƆ lƆ XII. Ultimo excuſus Cracoviae, anno CCCLXVIII. id eſt, Chriſti ClƆ lƆ CVIII. cum celebri commentario, qui adpellatur מתנורת כהונה *Mattanos kehunnah*, tam ſuper Pentateuchum, quam ſuper quinque libellos.

ברכת אברהם BIRCHAS ABRAHAM, *Benedictio Abrahami.* Liber ritualis R. Abraham Tzorphati, id eſt, Galli, Venet.

ברכורת המזון BIRCHOS HAMMASON, *Praecationes cibi*, quibus ſcilicet ante & poſt cibum utuntur, aliis atque aliis pro ratione temporis, feſtorum aut prandii. Hebraice & Germanice exſtant apud Iudaeos Francofurti.

ספר הבריח SEPHER HABBERIS. Cabaliſticus Rabbi Abraham, filii R. Iſaac, מרמון *Hiſpani.* (Praeter hunc eſt & alius eiusdem nominis, qui continet diſputationem contra Chriſtianos, R. Ioſephi Kimchi. MS.)

בריח אברהם BERIS ABRAHAM, *Foedus Abrahami.* Libellus exiguus, docens quatuor ſpecies Arithmetices, editus nuper Cracoviae in octavo.

בריח מנוחה BERIS MENUCHAH, *Foedus quietis* vel *pacis.* Liber Cabaliſticus.

בשם קדמון BESCHEM KADMON, Libellus grammaticalis perbrevis, ex quo pueros erudiunt. Venet. ותשא CCCLVII, Chriſti clɔ lɔ xcvii.

(בתי הנפש והלחשים BATTE HANNEPHESCH VEHALLECHASCHIM, *Pectoralia & inaures* (titulus ex Ieſa. III, 20.) R. Levi liber, de ſcientiis omnibus carmina tractans, in quo ſunt verſus, ut aequent numerum, quem conficiunt literae iſtius titull. Hic antiquus Philoſophus ſcripſit etiam לורת חן. Exſtat MS.)

בתי שלום BATTE SCHALOM. Calendarium R. Schalom Ieruſchalmi, eius qui ſcripſit librum נוה שלום.

ג

(ספר הגאולה SEPHER HAGGEULLAH, *Liber redemtionis.* Auctor Gerundenſis, & eſt Cabaliſticus. MS.

גאון יעקוב GEON IAAKOB, *Excellentia Iacobi* [ex Pſal. XLVII, 5.] R. Moſe Alaſchkar (i.e. *rubri, ruſi*: nam Aſchker Arabibus *ruber*.) MS.)

גבורת השם GEVURAS HASCHEM, *Potentia Domini.* Auctor ר' לוונא *R. Leo.*

(גביע הכסף GEVIAH HAKKESEPH,

SEPH, *Calix argenteus* (ex Geneſ. XLIV, 2.) Peruſch ſive *expoſitio* ſuper More nevochim R. Ioſeph Caſpi. MS.

גבעת מורה GIFAS MORE, *Collis More* (ex Iudic. VII, 1.) expoſitio ſuper librum More. MS.)

ספר הגדרים SEPHER HAGGEDARIM, *Liber definitionum* Philoſophicarum, quas conlegit R. Menachem de Perpiniano. Eſt hic liber unus & idem cum מכלל יופי, de quo infra.

גור אריה GUR ARIEH, *Catulus leonis* [ex Nah. II, 12.] Eſt *Biur* ſive *declaratio* ſuper Raſchi. Auctor idem R. Leo, qui per viginti annos fuit caput Synagogae in Moravia, poſtea etiam Pragae, demum anno cIↃ IↃ xcI I. Poſnaviam diſceſſit. Impreſſus Pragae.

גל של אגוזים GAL SCHEL EGOSIM, *Cumulus nucum*. Expoſitio Pentateuchi R. Menachem Haegoſi. Conſtantinop.

(ספר הגלוי R. Ioſeph Kimchi Diſputatio contra Chriſtianos. MS.)

גלי רזיא GALE RASAIA, *Revelans arcana*. [ex Dan. II, 29.] Galatino ſaepiſſime hic liber laudatus & citatus, Recens quidam ſcriptor Hebraeus attribuit. R. Abrahamo ex diſcipulis הא"רי / & dicit, eſſe in eo דברים נוראים *res tremendas* & ſtupendas, atque inter alia ſcribi in eo; שהתחדשות העולם יש מאין אינו אלא מיובל הגדול

הגדול ליובל הגדול שהם מיט אלף שנים אבל משמטה לשמטה אינו אלא יש מיש.

גליקו על קהלת Commentarius elegans ſuper Eccleſiaſtem literalis & allegoricus, Eliſah Gallici. Invenio etiam in quodam catalogo eiusdem auctoris פירוש מגלת אסתר *Expoſitionem libelli Eſther*, excuſam Venetiis, apud Iohannem de Gara, in quarto.

גולת יהודה GOLAS IEHUDA, *Migratio Iehudae*, R. Leonis de Modena. Venetiis in quarto.

(ספר הגן SEPHER HAGGAN, *Liber horti.* Expoſitio Pentateuchi MS.

גנזי המלך GINSE HAMMELECH, *Theſauri regis* (ex Eſther. III, 9.) Tractatus Philoſophici R. Iſaac ben Latif. MS.)

גנת אגוז GINNAS EGOS, *Hortus nucis* (titulus ex Cantic. VI, 6.) Liber Cabaliſticus, laudatus Reuchlino in primo libro Cabalae. Auctor R. Ioſeph, ben Gecatilia. Excuſus nuper Hanoviae, an. clɔ lɔcxiv, in folio.

גורן נכון GOREN NACHON, *Horreum praeparatum*, (ex 2. Sam. VI, 6.) R. Salomonis, F. Iudae Gabrielis. Quidam ſcribit, eſſe librum moralem.

ד

דבק טוב DEVEK TOF, *Glutinum bonum* (ex Ieſ. XLI, 7.) Explicatio ſuper R. Salomonem in Legem. Venetiis.

דברים טובים DEVARIM TOVIM, *Verba bona.* Commentarius eſt in Eccleſiaſtem , & Canticum Canticorum. Auctor ר' משה אלשיך *R. Moſche Alſchich.* Excuſus Venetiis apud Iohannem de Gara.

דברים נחמים DEVARIM NICHYMMIM , *Verba conſolatoria* , (ex Zach. I, 13.) Commentarius in Threnos eiusdem auctoris, Alii eum citant ſub titulo קול בוכים *Vox flentium.* Ibid.

דברי הימים DIVRE HAIAMIM , *Verba dierum* , annales. Auctor R. Gedalia, in quo ſuae familiae genealogiam & hiſtoriam perſequitur. Sed plures ſunt huius tituli libri , & ita fere inſcribere ſolent illi ſuos libros , qui hiſtorias ſui temporis conſcripſerunt. Vidi talem quoque excuſum Venetiis, cuius auctor mihi excidit.

דברי מלכי ישראל בבית שני *Verba* , id eſt , *Hiſtoria Regum Iſraelis ſub Templo ſecundo.* Venetiis , cum aliis aliquot opuſculis hiſtoricis , apud Marcum Antonium Iuſtinianum , in quarto , anno cccv, id eſt , ɔlɔ lɔ xlv.

דברי נועם DIVRE NOAM, *Verba iucunda.* Concionꝭ in Legem.

דברי ריבות DIVRE RIVOS, *Verba controverſiarum* (ex Deut. XVII, 8.) Controverſiae variae. Auctor ר׳ יצחק בן שמואל אררבי. Venet.

דברי שלום DIVRE SCHALOM, *Verba pacis.* Liber in cuius prima parte 30. tractantur quaeſtiones, & in ſecunda, commentarius in Legem, eiusdem auctoris. Venetiis tertia vice impreſſus, an. ccclvii, id eſt, cIↃ IↃ xcvii, in folio.

(דברי שלמה DIVRE SCHELOMOH, *Verba Salomonis.* Sunt Draſchos ſive *conciones* R. Schlomoh lebes hallevi.)

(דעות הפילוסופים DEOS HAPPILOSOPHIM, *Sententia Philoſophorum.* Compilatio librorum Ariſtotelis, quos ex Arabico omnes Hebraice convertit R. Schem Tof Phalkira, MS.)

דעת עליון DAAS ELION, *Scientia excelſi* (ex Num. XIV, 16.) Liber Philoſophicus Rabbi Ioſeph, ben Schem tof.

דופי העמן DOPHI HASSEMAN, *Probrum temporis.* Liber parvus eſt in octavo, eloquentiam & puritatem linguae elegantiſſime oſtendens, multiplicibus dicendi modis abundans, & flumen quoddam inſigne in oratione profundens. Adiünctae etiam ſunt Epiſtolae quaedam, ſimili ſtylo conſcriptae. Auctor יצחק עובריה *Iſaac Ovadia.* Impreſſus Venetiis, per Iohannem

de

de Gara, anno ישׁ"מח CCCLVIII, Chriſti clɔ lɔ xcvIII.

(דור הפלגה DOR HAPHLAGAH, *Aetas diviſionis Linguarum.* Auctor R. David Provincialis. Citatur à R. Aſaria in Meor enaiim.)

דקדוק לשון הקודש DIKDUK LESCHON HAKKODESCH, *Grammatica linguae ſanctae*, R. Moſis Kimchi, Auguſtae anno clɔ lɔ xx.

דקדוקים DIKDUKIM. Opuſculum quatuor grammaticorum, impreſſum Venetiis, apud Danielem Bombergum, in octavo, anno cccvI. id eſt, clɔ lɔ xLvI. Unus שבילי הדעת [*Schevile hadaas*, *ſemitae cognitionis*,] R. Moſis Kimchi: alter, פתח דברי [*Petach devarai*, *initium verborum meorum*,] cuiusdam Hiſpani: tertius, ספר צחות [*Sepher Tzachus*, *liber elegantiarum.*] Aben Eſrae: quartus, מאזני לשון הקודש [*Mozne leſchon hakkodeſch*, *ſtatera linguae ſanctae*,] Aben Eſrae. Vide ſingulos ſuis locis.

דקדוקי רשי DIKDUKE RASCHI. Expoſitio locorum, quae grammatice expoſuit R. Salomon Iarchi in ſuis commentariis.

דרך אמונה DERECH EMUNAH, *Via fidei.* Auctor R. Abraham clɔ cccc xcIx. Citatur ſaepe in libro Caphtor. Eſt etiam quidam huius tituli editus Paduae in quarto. Plures ſunt, & diverſorum auctorum, hu-

huius nominis. (Est quidam huius nominis R. Meir Gabbai Magnesiensis, Cabalisticus, editus Constantinop. Alter est R. Abraham Bivasch Arragoniensis, Philosophicus; etiam Constantinop. editus.

דרך אמונה גדול DERECH EMUNAH GADOL, *Via fidei magna.* Commentarius est in Pirke avos. Auctor R. Leo, de quo paulo ante. Venet. *Quidam* etiam huius nominis editus Lublini in quarto. *Alius* huius nominis, continens conciones R. Samuel Cohen, edit. Constant. in quarto.

דרך חיים DERECH CHAIIM, *Via vitae.* Commentarius est in Pirke avos. Auctor R. Leo, de quo paulo ante. Venet. *Quidam* etiam huius nominis editus Lublini in quarto. *Alius* huius nominis, continens conciones R. Samuel Cohen, edit. Constantinop. in quarto. (Praeter hunc extat adhuc *alius* R. Menachem Lonzano; carmina moralia continens; editus Venetiis.)

(דרכי משה DARKE MOSCHEH, *Viae Mosis.* Liber rituālis R. Mose Iserlen.

דרכי נועם DARKE NOAM, *Viae iucundae* (ex Proverb. III, 17.) Libellus grammaticalis R. Mosche, ben Chabhibh.

(דרכי התלמוד DARKE HATTALMUD, *Viae Talmudis.* R. Isaac Campanton, Castilienſis Iudaei, regulae ad intelligendum Talmud Editus.)

דרשות רבינו ניסים DRASCHOS RABBENU NISSIM. Liber homiliarum est.

eſt. Fuit hic Niſſim diſcipulus R. Moſis ben Nachman, obiitque anno Chriſti clɔ ɔc LXVIII. Alius autem fuit R. Niſſim, qui commentatus eſt in R. Alphes, de quo ſupra. Huius modi ספרי דרשות *libri concionum* plurimi ſunt. Sic R. Schem Tof ſcripſit דרשות על התורה *conciones ſuper Legem*, edit. Paduae. R. Gedaliah compoſuit *Sepher hadraſchos*, *librum concionum* centum octoginta, quas in Italia diverſis in locis habuit. Vide etiam דרשות על התורה R. Iehoſuae Aben Schuif, impreſſus Cracoviae, anno cccxxxiii, id eſt, clɔ bLXXIII.

דרש משה DRASCH MOSCHE. Liber homiliarum ſuper quasdam Aggadas, ſive hiſtorias, quae paradoxae videntur in Talmud. Auctor R. Moſche Albelda. Venet. & Cracov.

דרש הרמ"בן במעלת התורה לפני מלך קשטילייא *Concio R. Moſis Nachmanidis de praeſtantia Legis*, habita *coram Rege Caſtiliae*. Pragae in quarto.

ה

הגדת פסח HAGGADAS PESACH, *Hiſtoria Paſchatis*, vel, *Lectio* feſti *Paſchatis*. Eſt liber Hebraeo Germanicus, agens de adornatione feſti Paſchatis, de cibis in eo coquendis, de benedictionibus & orationibus,

bus, aliisque, quae ad celebrationem festi illius spectant. Venetiis, anno CCCLXIX, Christi ↄlↄ CIX.

(הגדות התלמוד HAGGADOS HATTALMUD, *Fabulae Talmudicae*, Legendae Talmudicae. Auctor R. Iacob ben Bivas.)

הגהורת מיימוני HAGGEHOS MAIEMONI, *Correctiones* sive *meditationes in Maiemonem.* Auctor ר' מאיר מרוטנבורג *R. Meir Rotenburgensis*, anno ↄlↄ CC LXXXVI.

הגיון *HIGGAION*, Logica R. Schimeonis, Latine versa, & punctis vocalibus inlustrata a Munstero, & excusa Basileae per Frobenium, anno ↄlↄ lↄ XXVII. Alia Logica est R. Levi, ben Gerson, edita Venetiis. Huic etiam כל מלאכת הגיון לארסטוטלוס מקצורי אבן רשד *Compendium Logicae*, sive *Organi Logici Aristotelici Aben Resched*, impressum Rivae de Triento, apud Christoph. Madrutium, anno CCCXX, id est, ↄlↄ lↄ LX, in octavo.

הדרת זקנים HADRAS SEKENIM, *Honor senum.* [ex Prov. XX, 29.] Libellus Aristeae de Septuaginta Interpretibus, ex Graeco sermone in Hebraeum conversus a R. Asaria. Mantuae in quarto. Comprehensus est in libro מאור עינים, [*Meor Enaiim.*]

הדרת קודש HADRAS KODESCH, *Decor sanctitatis.* [ex 2. Chron. XX, 21.] Liber Cabalisticus. Lublini in quarto.

הואיל

הואיל משה HOIL MOSCHE, *Voluit Moſes* (ex Deut. I, 5.) Liber eſt in quarto, in quo dignitas, praeſtantia & perfectio Legis Divinae adſtruitur demonſtrationibus ſpeculativis & intellectualibus, cum refutatione contrariorum argumentorum. Auctor ר' משה אלפלס *R. Moſche Alpeles.* Venet. anno הוא משה CCCLVII, Chriſti clɔ lɔ XCVII.

הוריית הקורא HORIIAS HAKKORE, Nomen libri antiqui grammatici, cuius meminit R. Iehuda ben Bilham in tractatu de Accentibus.

היכל ה' HECHAL ADONAI, *Templum Domini.* [ex Zach. VI, 13.] Liber eſt Cabaliſticus, ſubtilis admodum. Auctor יחיאל אשכנזי *Iechiel Germanus.* Venetiis impreſſit Daniel Saneti, in quarto. Quidam huius nominis adſcribitur etiam Rabbi Iacobo, ben Ruben.

הכרת המדות HACCARAS HAMMIDDOS, Cognitio proprietatum (Divinarum ſcil.) Liber Cabaliſticus, quem compoſuit R. Moſes, fil. R. Iſaac.

הליכות עולם HALICHOS OLAM, *Itinera ſeculi*, vel, *aeterna*, (ex Habac. III, 6.) Liber eſt introductionem facilem in Talmud praebens, explicans rationes loquendi doctorum Talmudicorum, modum diſputandi, obiectionum & reſponſionum, & ſimilia plurima, quae ſpecialem habent uſum apud Talmudicos. Mantuae in quarto, an-

שמ"ח anno CCCLIII, Christi clɔ lɔ XCIII. & Savionetae an. CCCXXVII. Christi clɔ lɔ LVII. Auctor eius R. Ieschuah Hallevi, Hispanus, qui Toleti vixit, anno Christi clɔ CCCCLXVII. Librum hunc de novo nuper recensuit. [Leydae anno clɔ lɔCXXXIV. in quarto.] & versione Latina doctissima inlustravit, amicus noster magnus, D. Constantinus L' Empereur, Academiae Leydensis Professor celeberrimus, sub titulo: *Clavis Talmudica, complectens formulas, loca dialectica, & rhetorica priscorum Iudaeorum*, qua nulli carere debent, nec possunt, quicunque feliciter in Talmudicorum scriptorum lectione progredi & versari cupiunt. (Praeter hunc est adhuc alius huius nominis, cuius auctor Rabbi Ioseph Ieschua)

הלכות דיעות HILCHOS DEOS. Libellus ethicus Rambam, ex libello antiquo הלכות דרך ארץ & אבקת רוכל conlectus. Adiunctus est alius eiusdem argumenti, qui vocatur חיי עולם [*chaie olam, vita aeterna.*] Cracoviae, anno CCCLV, Christi clɔ lɔ XCV. in quarto. [Canones hi ethici in latinum versi notisque inlustrati a *Georgio Gentio*, impressi sunt Amstel. anno clɔ lɔCXL, in quarto.]

הלכות גדולות HILCHOS GEDOLOS, Decisiones magnae. Auctor ר' שמעון קיירא *R. Schimeon Keiara*, anno Christi lɔCCXL. Quidam in aliud tempus reiiciunt. Sunt autem decisiones variorum casuum

ſuum, iuxta iuris Talmudici canones. Sic enim priſci illi, ad annum uſque milleſimum Chriſti, tantum erant in Talmudicis occupati, de Bibliis inluſtrandis parum ſolliciti. Editus Venet. in fol.

הלכות פסוקות HILCHOS PESUKOS, *Sententiae deciſae.* Compendium eſt praecedentis libri, conlectum a R. Iehudah, bar Nachman, an. ℔ CCLV.

הנהגת הבריאות HANHAGAS HABBERIUS, *Regimen ſanitatis.* Tractatus de conſervanda valetudine רמ"בם R. *Moſis, fil. Maemonis.*

הנהגת הגוף והנפש. Vide ſupra אגרת בתי הנהגת וכו'.

הרכבה HARCAVA, vel SEPHER HAHARCAVA, *Liber compoſitionis.* Eliae Levitae eſt, & explicat in eo voces compoſitas, id eſt, quae ex diverſis anomaliis, vocibus aut coniugationibus, formam compoſitam habent, aut alias inſignes anomalias continent. Editus ſecundo Venetiis, apud Danielem Bombergum, anno CCCVI, Chriſti ↀ ℔ XLVI, in octavo. Latine converſus eſt a Munſtero, & editus Baſileae, a Frobenio.

ספר ההשגה vel השגה SEPHER HAHASSAGA, *Liber adprehenſionis.* Liber grammaticus, quem compoſuit R. Iona Medicus, ben Ganach, ex Regno קורדובה [*Cordubae.*] Citatur ſaepe ab Ephodeo in grammatica ſua, ut cap. II, & alibi. In

praefatione vocat eum , הרופא המדקדק השלם אביר המדקדקים ר' יונה בן גנאח *Medicum & grammaticum perfectissimum , omniumque grammaticorum praestantissimum R. Iona ben Ganach.* In libro מאזני לשון הקדש dicitur confeciſſe libros ſeptem, omnes deſiderabiles ; & ſeptimum eſſe ספר השרשים *librum radicum.* Ex iſtis ſunt & ספר ההשוארה / & ספר ההערה / & ספר ההכלמה.

השגורת HASSAGOS, *Animadverſiones.* Auctor Ramban , id eſt , R. Moſche , bar Nachman.

השגורת אלשקאר HASSAGOS ALASKAR, Animadverſiones in ספר אמונות R. Schem tof , in quo rationes eius , quas profert contra Rambam & alios Philoſophos, refutantur. Venet. (*Aliae* ſunt adhuc הר"אבר , id eſt , *R. Abraham ben David*, in librum ritualem Ramban , Venetiis editae. *Aliae* item R. Eliae Miſrachi , i. e. *Orientalis* , Conſtantinopolitani , in R. Moſe de Kotzi. Hic Miſrachi Conſtantinopoli vulgo dicitur אלרב *Elrab* , *Magnus.* Aliae etiam ſunt R. Moſche haccohen, in eundem Ramban , MS.)

ו

ויקהל משה VAIAKHEL MOSCHE.

Et congregávit Moſes (ex Exod. XXXV, 1.) Liber concionum eſt, in quarto, Venetiis.

(ועד לחכמים VAAD LACHACHAMIM, *Conventus Sapientium.* Conciones R. Samuel Aripol. Venet. Nihili fiunt ab Hebraeis Conſtantinopolitanis doctioribus, omnes iſtius Aripol libri, tamquam nugarum pleni.)

ז

זבח פסח SEVACH PESACH, *Sacrificium paſchatis.* [ex Exod. XII, 27.] Commentarius eſt inluſtris. Don Iſaac Abarbinelis ſuper Haggadam ſive lectionem hiſtoricam feſti Paſchatis. Cremonae in quarto.

(זה ינחמנו SE IENACHAMENU, *Iſte conſolabitur nos*, (ex Geneſ. V, 29.) R. Abraham Bivaſch conciones Philoſophicae variae.)

זוהר ZOHAR, ſive potius, SOHAR, Commentarius in quinque libros Moſis, plane Cabaliſticus, de quo vide in Abbreviatura רש"בי. R. Gedaliah, auctor libri Schalſcheleth, fol. 31, 2. ſcribit: *Scito, R. Schimeonem, & eius filium R. Elieſarem, nihil ſcripſiſſe de libro Sohar, qui hodie eſt in manibus noſtris, ſed diſcipuli eius ac diſcipuli diſcipulorum ipſorum ſcripſerunt eum in foliis multis, ſexaginta circitor annis poſt mortem eius,*

וקבלתו על פה שזה החיבור הוא
כל כך גדול הכמות שאם היה נמצא
כלו יחד היה משאת גמל *& accepi oretenus, tantam fuisse molem huius compositionis, ut, si coniuncta tota esset, vix camelus eam ferret.* Duo huic libro tribuuntur: primo, in multis iuribus repugnat doctrinae Gemarae: secundo, constitutiones eius, istarum rerum, quae in Gemara non sunt explicatae, tamquam authenticae a Rabbinis receptae sunt, & in usum traductae. Quod auctor istius libri nullibi Gemarae mentionem faciat, inde omnino Iudaei putant, ante conlectum Talmud librum conscriptum esse. Quod tamdiu delituerit, id aiunt non esse novum inter Iudaicos libros, quorum multi adhuc hodie exstent, qui similiter per multos centenos annos in Ægypto, & istis orientalibus locis occultati fuerint. Sed satis. Impressus Cremonae, anno cccxix. id est, clɔ lɔ LIX. in fol. quae editio habet concordantias locorum Sacrae Scripturae adiectas. Impressus etiam est Mantuae, in quarto, an. 318. id est, clɔ lɔ LVIII, & haec editio locos Scripturae non habet. Habet etiam quaedam aliter dispositа, quam sunt in Cremonensi editione, quam Iudaei Mantuanae praeferunt. (Legerus scribit, in antiquissimis MSS. exemplaribus multa extare fidei Christianae faventia, quae ab incredulis Iudaeis librorum corruptoribus in caeteris detracta, ut ipsemet vidisse testatur in variis exemplaribus R. Leonis Sia, Medici,

ci, qui poſtea veram Chriſtianae religionis profeſſionem amplexus, & in Transſylvaniam profectus, ibidem in Sereniſſimi Principis Ragotzi aula Medicinam exercuit, & forte etiamnum exercet. Ab hoc R. Leone Sia, & nos ante aliquot annos unam & alteram epiſtolam Conſtantinopoli accepimus; unde cognoſcere potuimus, eum a Chriſtiana religione non valde eſſe alienum.)

זוהר חדש SOHAR CHADASCH, *Sohar novus.* Liber eſt in quarto, anno Chriſti ↄↄↄ CIII. Cracoviae editus, eiusdem orationis, ſtyli & materiae cum Sohar antiquo. Continet autem ea, quae in impreſſis exemplaribus Sohar deſunt, & deſcripta ex antiquiſſimo exemplari manuſcripto in pergameno, quod ex terra Iſraelis latum. Continet etiam מדרש הנעלם/item תקונים/item מדרש שיר השירים ואיכה / ubi varia lectio adnotata, ex vetuſto exemplari. In eo Medraſch multa de punctis vocalium & accentuum habentur, quae ſi eſſent eius antiquitatis, ut Iudaei volunt, multum haberent ponderis. Unum & alterum locum adnotabo, productus reliqua ſuo tempore in Theſauro Grammatico. Fol. 10. 2. legitur: נקודי ותנועות קבלה למשה מסיני / id eſt, *Puncta & vocales acceptio ſunt Moſis de monte Sinai.* Et fol. ſeq. תנועי דטעמי קיימן כולא על ידא דמשה *Motiones accentuum firmatae ſunt omnes per manum Moſis:* Et fol. 26. 2. תיבין כלא נקודי

נקודי אינון כאיתהא בלא לבושין דלא יכלא למהך באחר דעלמא *Dictiones absque punctis sunt sicut mulier absque vestimento, quae non potest pradire in locum publicum.* Et fol. 28. 2. ליתי קיומא ונהירו לכל אתוון בר מנהורי דנקודי וכלא אתמסר ברזא דאורייתא / id est, *Non est subsistentia aut lux ullis literis sine luce punctorum, & totum illud traditum est per secretum Legis in Sinai.*

זוהר הרקיע SOHAR HARAKIAH, *Splendor firmamenti.* Constantinop. in quarto.

[זוהרי חמה ZOHARE CHAMAH, *Splendores solis.* Commentariolus in partem primam Zohar.]

זכרון SICCARON, vel, ספר הזכרון SEPHER HASSICCARON, *Liber memorialis.* Auctor R. Ioseph Kimchi, pater R. Davidis, qui eum saepe citat, ut in Michlol, fol. 186. Grammaticus est.

זכרון תורת משה SICHRON TORAS MOSCHe, (ex Mal. III.) *Recordatio Legis Mosis.* Constant.

זכות SACCHUS, vel, ספר הזכות SEPHER HASSACHUS, *Liber meritorum.* Auctor Ramban, id est, R. Mosche bar Nachman.

(זכות אדם SACCHUS ADAM *Meritum Adami*, vel, *Iustitia, Innocentia Adami* Excusare imo negare conatur auctor huius libri impius, & propterea merito ignotus, peccatum Adae. MS.

זכרון

(זכרון טוב SICCARON TOBH Expositio in Pentateuchum.)

זמירות SEMIROS, *Cantiones.* Sunt elegantes quaedam cantiones in honorem Sabbathi decantandae, cum rhytmis Germanicis, & explicationum notis Hebraicis. Adiecta alia cantio Hebraea cum rhytmis Germanicis, elegans & iucunda, continens disputationem inter aquam & vinum, utriusque laudes & utilitatem ex sacris literis pulcre demonstrans. Libellus in octavo.

ח

חבצלת השרון CHAVATZELES HASSCHARON, *Rosa Scharonis* (titulus ex Cantic. II. 1.) Commentarius est in Danielem, habens adiectum textum cum punctis, auctore R. משה אלשיך *Mosche Alschich.* Impressus Venetiis, anno ɔlɔlɔxcii, per Iohannem de Gara, in quarto.

חבורי לקט CHIBBURE LEKET, *Compositiones collectaneae.* Commentarius est succinctus in Prophetas tam priores quam posteriores, & in Hagiographa. ex Raschi, Aben Esra, Kimchio, Gersonide, & aliis, collectus a R. Abrahamo, ben Rabbi Iehudah Chassan. Lublini anno cccLxxii, Christi ɔlɔlɔcxii. in folio.

חובת הלבבות CHOVAS HALLE-

LEVAVOS, *Officium cordium.* Liber מוסרי Theologicus & moralis ad pietatem & timorem Dei hortans, ſumme commendatus. Auctor רבינו בחיי *Rabbenu Bechai*, haddaiim, *Iudex*, Hiſpanus, filius R. Ioſeph (non ille Bechai qui in Legem commentatus eſt, ut ſupra vidimus,) qui eum conſcripſit in lingua Arabica. Ex lingua Arabica autem in Hebraeam translatus eſt a R. Iehuda Aben Tybbon. Dividitur in decem portas, ſive capita. I. Agit de unitate Dei. II. De creaturis, & bonitate Dei erga illas. III. De amplectendo vero cultu Divino. IV. De ſpe & fiducia in ſolo Deo conlocanda. V. Quod omnia noſtra opera debeant unice dirigi ad Dei gloriam, & de vitanda omni hypocriſi. VI. De humilitate. VII. De poenitentia. VIII. De abſtinentia, ſive ſanctimonia. IX. De amore Dei & eius gradibus. Editus in quarto, Venetiis apud Danielem Bombergum, anno cccvIII, id eſt, cIↃ IↃ xLVIII, & Mantuae, & Cracoviae, anno cIↃ IↃ xcIII.

חדושים CHIDDUSCHIM, *Innovationes*, novae meditationes, novellae. Aliquot libri recentiorum Rabbinorum ſunt, quae inſcribuntur *Chidduſchim*, vel, *Chidduſche*, ſi nomen auctoris ſequatur, & continent novas explicationes, ſuper libros quosdam Talmudicos. Tales ſunt חדושי רבינו נסים *Novellae Rabbenu Niſſim*, impreſſus Rivae de Triento, anno cccxIx,

Chri-

Chriſti ↄlↄ lↄ LIX, in octavo. Item, חדושי ר"שבא. [*novellae R. Salomonis, filii Adras.*] Item, חדושי הרמ"בן. [*novellae R. Moſis, filii Nachman.*] Impreſſus quoque eſt ſimilis liber, חדושים adpellatus, Baſileae, apud Conradum Waldkirch, in quarto.

(חוות יאיר CHAFFOS IAIR. *Villae Iair.* [ex Num. XXXII, 41.] Liber continens פרפראות ſeu, minuras ac ſubtiles expoſitiones Cabaliſticas variarum vocum, ſecundum ordinem alphabeticum, inprimis ex fundamento אשי תיבות / & נוטריקון. Auctor, R. Abraham, filius R. Iechiel Porto. Venet. apud Petrum Aloiſium, & Laurentium Bragadinum, anno ↄlↄ lↄc XXVIII, in quarto.

חוה התנופה CHASE HATTENUPHAH, *Pectus agitationis* (titulus ex Exod. XXIX, 27.) Compendium quaeſtionum ritualium R. Moſche.)

חזון למועד CHASON LEMOED, *Viſio ad tempus ſtatutum* (titulus ex Abac. II, 3.) Commentarius eſt in Danielem, habens adiunctum textum ſine punctis. Auctor R. Samuel, filius R. Iudae Valerii. Venetiis, anno שמ"ן CCCXLVI, Chriſti ↄlↄ lↄ LXXXVI.

(חזוק אמונה CHISSUK EMUNAH, *Confirmatio*, vel, *Fortalitium fidei.* Diſputatio contra Chriſtianos, R. Iſaac ben Abraham. MS. exſtat Conſtantinopoli apud R. Zachariam, Caraitam, & R. Ezechiam

Ro-

Romanum, Rabbanitam.) [Clariſſimus quoque Wagenſeilius hoc virulentiſſimum adverſus Chriſtianos ſcriptum poſſedit, uti ipſe tradit in Mantiſſa ad lib. Sota, p. 1123.]

חזורת קשרה CHASUS KASCHA, *Viſio dura*, ex Ieſa. XXI, 2. Auctor R. Iſaac Arama, cuius & in litera ע recordabimur. Savionetae in quarto. Quidam ſcribit, eſſe חיבור המזהיר שלא להשתקע בלימוד הפילוסופיאה *librum dehortantem a nimio ſtudio Philoſophiae.*

חזקוני CHASKUNI, *Confortate me*, non *Chiskuni*, ut quidam pronunciant. Nam verbum חזק non iungitur adfixis pronominibus in Kal, cum ſit intranſitivum. Sic autem vocatur liber, ut lectores eius per nomen libri recordentur auctoris, eique bene precentur, cui nomen חזקיה *Chiskia* ſive *Ezechias*. Eſt autem commentarius in quinque libros Moſis. Iſti commentario poſtea adiunctus textus Hebraicus & Chaldaicus, cum commentario R. Salomonis, & notis ex auctore Turim, de quo ſupra diximus in litera א. Liber hic magni uſus eſt inter Iudaeos ad lectiones ſacras ex eo peragendas in ſynagogis. Impreſſus Venetiis anno CCLXXXIV, id eſt, ↄlↄ lↄ XXIV, & Baſileae apud Waldkirch, anno CCCLXVI, Chriſti ↄlↄ lↄCVI, in fol.

ספר החיים SEPHER HACHAIIM, *Liber vitae*. [ex Pſal. LXIX, 29.] Continet דרשים. In quodam catalogo notatur, eſſe

esse Commentarium in Levit. & auctor eius vocatur R. Iehuda. Impressus Cracoviae anno CCCXLVIII, in quarto, & Venetiis.

חיי עולם CHAIE OLAM, *Vita aeterna*, Liber Hebraeo Germanicus de vita aeterna. Impressus Friburgi Brisgoiae, an. CCCXLIII. Christi CIↃIↃLXXXIII, in quarto.

(ספר החכמה SEPHER HACHOCHMAH, *Liber sapientiae:* Cabalisticus R. Baruch. MS.)

חכמת מנוח COCHMAS MANOACH, *Sapientia Manoae.* Liber criticus, continens correctiones, varias lectiones, castigationes in Talmud. Auctor eius R. מנוח הענדל *Manoach Hendel.* Pragae in quarto.

(חכמת שלמה CHOCHMAS SCHELOMOH, *Sapientia Salomonis*, Rabbi Salomonis Luriae Correctio errorum, qui in Talmudis editione deprehenduntur.)

חלומות CHALOMOS, vel SEPHER HACHALOMOS, *Liber somniorum.* Auctor Rambam. Alius etiam est ר' האיי [*Rabbenu Hai*,] editus Venetiis. Vide etiam infra פתרון חלומות.

חוכמתא רבתא דשלמה CHOCHMESA RABBSA DISCHLOMOH, *Sapientia magna Salomonis.* Est liber Salomonis, qui inter libros Biblicos apocryphos exstat. Rabbi Moses, bar Nachman, in praefatione commentarii sui in Legem, testatur, se eum vidisse המתורגם in linguam

guam Chaldaicam ſive Syriacam *translatum*, & adducit illic aliquot verſus ex eo, qui exſtant in libro Graeco Sapientiae cap. VII. ℣. 5. 6. 7. 8. & ℣. 17. 18. 19. 20. de ſapientia Salomonis. Dialectus autem in illis eſt pure Syriaca, unde recentior videtur eſſe illa translatio.

חלקרת מחוקק CHELKAS MECHOKEK, *Portio Legislatoris* (titulus ex Deuter. XXXIII, 21.) Commentarius eſt in Iobum, a liunctum habens textum cum punctis, auctore משרת אלשיך *Moſche Elſchich.* Venetiis apud Iohannem de Gara, an. CCCLXIII, Chriſti clɔ lɔcIII, in quarto.

(חומש CHUMASCH, ſive *Pentateuchus.* Supra variae editiones Pentateuchi ſunt recenſitae. Mentionem facit Legerus etiam alterius, editi tempore Solymani, Turcarum Imperatoris, Conſtantinopoli, anno 5307. una cum Haphtaros & quinque Megillos, Hebraice, Graece, & Hiſpanice, addito etiam Targum Onkeli, & commentario R. Salomonis. Nam (ſcribit idem) Conſtantinopolitani Iudaei, ex iis oriundi, qui ante multa ſecula eo migrarunt, Graece Sacram Scripturam legunt, & ſunt fere Caraitae: qui autem non ita pridem eodem ex Hiſpania ſedes tranſtulere (qui plerique omnes Rabbanitae ſunt) Hiſpanice Sacram Scripturam lectitant. In Taurica vero Cherſoneſo Theodoſiae habitantes, Turcice Sacros libros legunt, ut Arabizantes Arabi-

rabice, & in Perſide Perſice. Ubique tamen in peregrinis linguis exprimendis Hebraico charactere abuti conſueverunt. Iſte autem Raſchi, cuius commentarius additur, R. Selomo Iſaac Trevirenſis eſſe videtur, non R. Selomo Iarchi, qui illo recentior.

חן טוב CHEN TOF, *Gratia bona.* [ex Prov. XXII, 1.] Expoſitio Pentateuchi. Auctor R. Tobias Levi Tzephatenſis.

חנוך CHANOCH. Liber eſt in quo Chiromantia explicatur, id eſt, ratio linearum manuum & faciei. Auctor R. Gedaliah, qui eum compoſuit Piſauri, in memoriam filii ſui חנוך *Chanoch* ſive *Enoch*, anno ↄlↄ lↄ LXX.

ספר החינוך SEPHER HACHINNUCH, *Liber Catechiſationis, catechiſmus.* Explicatio ſuccincta DCXIII. praeceptorum Moſaicorum, ſecundum ordinem Paraſcharum, ſive ſectionum V. librorum Moſis, ex Alpheſi, Maiemonide & Nachmanide collecta, a Levi Barſellonio. Venetiis apud Iohannem de Gara, anno CCCLXI. Chriſti ↄlↄ lↄcI, in quarto.

חסדי יו' CHASDE ADONAI, *Benignitates, miſericordiae Domini.* [ex Pſalm. LXXXIX, 2.] Liber eleganter agens de miſericordia Dei, & viginti ſex modis explicans verſum illum Pſalm LXII, 13. ולך יו' חסד כי אתה תשלם לאיש כמעשהו *Tibi Domine eſt miſericordia, quia tu reddis uni-*

unicuique ſecundum opera ſua. Auctor eius in fine libri ſe vocat, העלוב משה מרדכי בן כמה"ר שמואל *Adflictum Moſen Mardochei, filium* [*excellentiſſimi*] *R. Schemuelis.* Impreſſus Cracoviae, anno CCCXLIX, Chriſti clɔ lɔ LXXXIX, (Praeter hunc ſcribitur eſſe alius huius nominis, continet conciones R. Ioſeph Iabes, edit. Conſtantinopoli.)

חסידים CHASIDIM, vel SEPHER CHASIDIM, Liber piorum vel ſanctorum. Liber Ethicus & Theologicus, continens praecepta bene vivendi, quae variis exemplis & hiſtoriis inluſtrantur. Auctor R. Samuel. Anno Chriſti clɔ C LXXX. Filium habuit, qui dictus ר' יהודה חסיד *R. Iehuda pius*, cuius nomen hodie in libri fronte ponitur. Ex vetuſto manuſcripto exemplari auctus & renovatus. Impreſſit eum ultimo Frobenius Baſileae, anno clɔ lɔ LXXXI. Antea excuſus fuit Venetiis.

(חוקות הדיינים CHYKKOS HADAIIANIM, *Statuta iudicum*, quomodo iudices ſe gerere debeant in iudiciis. Auctor exiſtimatur eſſe R. Meir de Rotenburg. MS.

חוקות הפסח CHYKKOS HAPPESACH, *Statuta Paſchatis.* Expoſitio Haggadae Paſchalis. R. Moſe Piſante. Conſtantinop.

חוקות התורה CHYKKOS HATTORAH, *Statuta Legis.* Cabaliſticus R. Iudae. MS.)

ספר חרדים SEPHER CHAREDIM, Explicatio DCXIII. praeceptorum, docens, a quonam ex quinque ſenſibus ſingula dependeant, quaque ratione ſint obſervanda & implenda. Venetiis in quarto, an. CCCLXI, Chriſti clɔ lɔcI.

חשב האפוד CHESCHEF HAEPHOD, *Cingula Ephod*, ſeu *pectoralis* (Exod. XXVIII.) Liber Geometricus Ephodei, qui ſe vocat, אבי פריפיטן דורנטי ex quorum vocabulorum initialibus literis contrahitur אפר. MS.)

חשן המשפט CHOSEN HAMMISCHPAT, *Pectorale iudicii*. [ex Exod. XXVIII, 30.] Cabaliſticus, cuius auctor R. Baruch. (Praeter hunc ſunt adhuc duo alii huius nominis. *Primus*, Rabbi Ioſeph Carru, Conſtantinopolitani Iudaei, edit. Venet. & alibi. *Alter*, R. Abraham Conte Grammatica MS. ſed poſtea ab uxore eius edita.)

חשק שלמה CHESEK SCHLOMOH, *Deſiderium Salomonis*, (titulus ex 1. Reg. IX, 19) Commentarius eſt in Canticum Canticorum. Auctor רבי יוחנן אלמאן *R. Iochanan Alleman*, qui fuit praeceptor Ioannis Pici Mirandulae Comitis. Eſt & eiusdem tituli commentarius egregius in Prophetam Ieſaiam, impreſſus Saloneki, in fol.

חותם תכנית CHOTEM TOCHNIS, *Sigillum diſpoſitionis* (titulus ex Ezech. XXVIII, 12.) Auctor R. Iedaia, aut pater eius R. Abraham, vulgo cognominatus Badre-

dreſchi. Citatur ab Abrahamo Balmeſio, & grammaticus videtur.

חתן דמים CHATAN DAMIM, *Sponſus ſanguinum*, (Exod. IV, 25.) Liber Cabaliſticus. Pragae in folio, anno ccclxvi, Chriſti clɔ lɔ xcvi.

ט

(טהרת הקדש TOHORAS HAKKODESCH, *Mundatio ſanctuarii* (ex 2. Chron. XXX, 19.) Auctor R. Samuel Sarſa. MS. Nihili eſt.)

טוביה TOBIAS, *Hiſtoria Tobiae*, Hebraice. Edita primo Conſtantinopoli deinde Baſil. cum verſione Latina & notis Sebaſtiani Munſteri.

טוב טעם TUF TAAM, *Boritas ſenſus.* [ex Pſal. cxix, 66.] Liber de accentibus Hebraicis, quo univerſa accentuum Hebraicorum natura, proprietas, conſecutio & uſus explicatur, auctore Elia Levita, Germano. Baſileae apud Henricum Petri, in octavo, an. clɔ lɔ xxxix. Habemus eum Latine etiam a nobis translatum.

(טוב שם TOF SCHEM, *Bonum nomen* (titulus ex Eccleſ. VII, 3.) Liber agens, qua ratione quis per ſtudium verbi Dei, & bona opera, bonum nomen adquirere debeat in hac vita, ut etiam haeres fiat

vitae

vitae aeternae. Urget autem potiſſimum argumentum a conſideratione & contemplatione mortis, &c. Auctor Rabbi Eliakim f. Rabbi Naphtali. Venetiis, apud Iſáacum Gerſonem, an. CCCLXVII. Chriſti ↀↃↃCVII, in quarto.

(טומאה וטהרה TUMAH VETOHORAH *Immunditia & munditia*, Auctor R. Saadia Gaon.)

טור אבן עזרא TUR ABEN ESRA. De coniugiis, nuptiis, dotibus, & morbis mulierum, purificationibus &c. Liber iuridicus.

טעמי המקרא TAAME HAMMIKRA, *Accentus Scripturae.* Liber de Accentibus, auctore R. Iehuda, ben Bilham. Excuſus eſt Lutetiae, apud Robertum Stephanum, in quarto, anno ↀↃ Ↄ LXV. Peculiariter etiam ſcripſit טעמי ג' ספרים אמ"ת tractatum de *Accentibus trium librorum*, *Iob*, *Proverb.* & *Pſalm.* Ibidem.

טעמי מצות TAAME MITZVOS, *Rationes praeceptorum.* Liber eſt in quarto, in quo rationes praeceptorum Moſis redduntur. Auctor ר' מנחם ריקנאט *R. Menachem Rekanat* vel *Recinenſis*, qui obiit anno Chriſti ↀↃ CCXC. Impreſſus Baſileae in quarto, per Ambroſium Frobenium, anno Chriſti ↀↃ Ic LXXXI. (Praeter hunc plures exſtant huius nominis & argumenti libri, ut: R. Iehudae Levi, R. Menachem Babylonii, & R. Naphtali.)

ר

יד חזקה IAD CHASAKA, *Manus fortis.* [titulus Exod. XIII, 9.] Liber eſt in folio, in quatuordecim libros [cuius numeri notaricon eſt יד prima inſcriptionis vox,] & quatuor partes ſeu volumina diſtinctus, quo Talmudicum opus totum, lingua eleganti Hebraica & perfacili, compendioſe tractatur. Commentario duplici inluſtratus eſt: alter vocatur כסף משנה *Keſeph miſchne*, alter מגיד משנה *Maggid miſchne.* In quosdam etiam libros commentatus eſt ר' לוי בן חביב *R. Levi ben chaviſ.* Adiectae etiam ſunt השגות הרא"ב *Animadverſiones* & notae breves *R. Abrahami, filii Davidis.* Impreſſum Venetiis anno ש"לד cccxxxiv. Chriſti clɔ lɔ lxxiv. Operis ſumma haec eſt:

PARS I. Habet libros tres: dicitur ספר המדע SEPHER HAMMADDA, *Liber de ſcientia:* ספר אהבה SEPHER AHAVA, *Liber de amore:* ספר זמנים SEPHER SEMANNIM, *Liber de tempore.*

ספר המדע SEPHER HAMMADDA agit 1, de fundamentis Legis: 2, de variis opinionibus circa Legem Moſis: 3, de ſtudio Legis: 4, de idololatria: 5, de poenitentia.

ספר האהבה *Sepher haahava* agit 1, de lectione ſacra iſtius textus Moſis, *Audi Iſrael, Deus tuus Deus unus eſt*, Deut. VI. 2, de precibus: de tephillin ſeu ligamentis tempore precum manui ſiniſtrae & fronti capitis adhibendis: 4, de ſchedis poſtibus Ianuarum includendis: 5, de libro Legis & eius ſcriptione legitima: 6, de zizis, id eſt, *peniculamentis ſacris*: 7, de benedictionibus & conſecrationibus omnium rerum per preces: 8, de circumciſione.

ספר הזמנים *Sepher haſſemannim*, agit 1, de Sabbatho: 2, de mixtione rerum in Sabbatho: 3, de feſto Expiationis ſive Iom kippur: 4, de vulgari feſto ſive ſemifeſto die: 5, de interfeſtis diebus, inter primum & octavum, qui minus ſacri: 6, de fermento expurgando & maſſa infermentata tempore feſti paſchatis: 7, de cornu, quod in feſto novi anni inflari ſolet: 8, de ſcenopegiis: 9, de annua penſitatione ſicli: 10, de conſecratione novilunii, ubi aſtronomia & calendarii totius ratio explicatur: 11, de ieiuniis: 12, de feſto Hamanis & Mardochei, & lectione libri Eſther in feſto illo: 13, de feſto dedicationis Templi.

PARS II. Complectitur libros duos: *primus* dicitur ספר נשים SEPHER NASCHIM, *Liber* de *mulieribus*: *ſecundus* ספר קדושה SEPHER KEDUSCHA, *Liber* de *ſanctitate*.

ספר נשים *Sepher naſchim*, agit 1, de

maritatione & uxoratione : 2, de repudatione : 3, de fratriarum iure & ritibus in mariti absque liberis defuncti, fratre ducendo vel repudiando : 4, de puella virgine vi aut dolosa persuasione compressa : 5, de muliere declinante ad adulterium.

ספר קדושין *Sepher ked-sicha*, agit 1, de prohibito congressu & incesto : 2, de menstruata : 3, de proselytis. 4, de cibis vetitis : 5, de vino prohibito : 6, de mactandi ritu.

PARS III. Complectitur libros quinque : *primus* חפלאה HAPHLAA, de *separatione : secundus*, זרעים SERAIM, de *seminibus : tertius*, עבודה AVODA, de *ministerio sacro : quartus*, קרבנות KORBANOS, de *sacrificiis : quintus*, טהרה TAHORA, de *purificationibus.*

ספר הפלאה *Sepher haphlaa* agit 1, de iuramentis : 2, de votis : 3, de naziraeatu : 4, de aestimatione rerum & personarum, item de anathemate & devotis ad usum sacrum.

ספר זרעים *Sepher seraim* agit. 1, de heterogeneis non serendis aut coniungendis : 2, de portione pauperibus relinquenda : de Trumos, sive oblationibus liberis & indefinitis : 3, de decimis primis : 4, de decimis secundis : 5; de primitiis offerendis: 6, de anno septimo seu quiete terrae anni septimi:

ספר עבודה *Sepher avoda*, agit 1, de san-

ſanctuarió, in quo ſacra peragebantur. 2, de vaſis ſanctuarii: 3, de ingreſſu Sacerdotis in ſanctuarium: 4, de prohibitis in altari offerendis: 5, de ſacrificiis offerendis: 6, de ſacrificio iugi: 7, de vitiatis ſacrificiis: 8, de ſacrificiis in feſto Expiationis offerendis: 9, de transgreſſione in ſacrificiorum fruitione.

ספר קרבנות *Sepher korbanos*, agit 1, de ſacrificio paſchatis: 2, de triplici ſolenni comparitione coram Domino: 3, de primogenitis: 4, de errore per ignorantiam: 5, de iis qui non tenentur habere ſacrificium expiationis: 6, de permutatione ſacrificiorum.

ספר טהרות *Sepher tahora*, agit 1, de pollutione ob cadaver: 2, de vacca rufa: 3, de pollutione ob lepram: 4, qui cubilia & ſedilia polluant: 5, de patribus, id eſt, generalibus capitibus, pollutionum: 6, de pollutione comedentium: 7, de vaſorum pollutione & purificatione: 8, de balneis & lavacris.

PARS IV. Complectitur libros quatuor: *primus* נזיקין NESIKIN, de *damnis*: *ſecundus* קנין KINIAN, de *poſſeſſionibus* & *adquiſitionibus*: *tertius* משפטים MISCHPATIM, de *iudiciis*: *quartus* שופטים SCHOPHETIM, de *iudicibus*.

ספר נזיקין *Sepher neſikin*, agit 1, de damnis in opibus ac facultatibus ab alio illatis: 2, de furto: 3, de rapto aut perdito

reſtituendo: 4, de pigneratione: 5, de homicidio & conſervatione homicidae innocentis.

ספר קנין *Sepher kinian*, agit 1, de emtione & venditione: 2, de adquiſitione ex publico per venationem aut piſcationem, item de donationibus, de iure vicinitatis & vicinorum: 3, de nunciis emiſſis ad aliquid expediendum, &, ſi quid per eos neglectum aut dolo commiſſum ſit, item de iure ſocietatis & commercii: 4, de ſervis & ſervitutibus.

ספר משפטים *Sepher miſchpatim*, agit 1, de conductione pro mercede: 2, de commodato & depoſito: 3, de mutuante & mutuum accipiente: 4, de actore & reo, adcuſante & adcuſato; 5, de hereditatibus.

ספר שופטים *Sepher ſchophetim*, agit 1, de Sanhedrin, ſeu ſenatu maiore: 2, de teſtibus ac depoſitionibus teſtium: 3, de rebellibus & apoſtatis. 4, de luctu & lugentibus: 5, de regibus & bellis gerendis.

Hactenus de Opere Rambam.

יד אבשלום IAD ABSCHALOM, *Manus Abſalomi* (ex 2. Sam. XVIII, 18.) In uno catalogo, ad me miſſo, ſcribitur eſſe commentarius in Proverbia Salomonis, auctore Baal Akeda, & impreſſus in quarto. In alio dicitur eſſe ספר דינים *liber Iuridicus*. Ergo erunt forte diverſi.

(יד יוסף IAD IOSEPH, *Manus Ioſephi*, Auctor eius Rabbi Ioſeph Tzorphati, Gallus. Citatur a Menaſſe ben Iſrael in Conciliatore p. 148.)

ידי משה IEDE MOSCHE, *Manus Moſis* [ex Exod. XVII, 12.] Commentarius ſuper quinque libellos, ſecundum principia Philoſophorum.

ספר ידידות SEPHER IEDIDOS, *Liber dilectarum*, amicarum. Liber de fabrica tabernaculi, phyſice & cabaliſtice, Manuſcriptus.

יונת אלם IONAS ILLEM, *Columba muta* (ex Pſal. LVI, 1.) Liber Cabaliſticus; Manuſcriptus.

יחוס בשר IICHUS BASAR, *Proſapia, Genealogia carnis.* Liber eſt de iuribus mulierum agens. Auctor R. Iehuda Barſellonius, qui apud פוסקים *Iureconſultos* ſimpliciter vocatur רב אלברצלוני. [*R. Barſellonius.*]

יוחסין IUCHASIN, vel, SEPHER IUCHASIN, *Liber proſapiarum.* Hiſtoricus eſt, tractans hiſtoriam ſacram & Iudaicam, ab initio mundi uſque ad annum Chriſti cIↃIↃ. Auctor, ר' אברהם זכות R. *Abraham Zachus.* Cracov. in quarto, anno Chriſti cIↃ IↃ LXXX.

יוחוס הצדיקים IICHUS HAZZADDIKKIM, *Proſapia iuſtorum.*

ילמדנו IELAMMEDENU, *Docet nos.* Vide infra תנחומא.

ילקוט IALKUT, *Pera.* Pera Rabbinica, in quam omnis generis nummi conlecti ſunt, rotundi & acciſi, cuprei & aerei, argentei & aurei, qui tamen rariores, ſaltem in noſtros uſus. Commentarius eſt in tota Biblia varius, ex variis antiquis libris conlectus, veluti Siphra, Siphre, Mechilta, Rabbos, Tanchuma, Talmud, & ſimilibus, non ad literalem ſenſum, ſed ad allegoricum, in quem Rabbini Darſchanim, ſeu *concionatores*, excurrere ſolent. Auctor R. Schimeon, concionator Francofurtenſis. Editus Cracoviae, anno cIↃ IↃ XCV.

[ילקוט ראובני IĄLKUT RUBENI, *Pera Rubenitica*; ſive commentarius in universam legem Cabaliſticus, e variis libris Cabaliſticis, & potiſſimum quidem manuſcriptis, conlectus. MS. poſſidet hunc librum auctor *Cabalae denudatae*, uti ipſe fatetur in praefat. tom. II, p. 16.]

ים של שלמה IAM SCHEL SCHLOMO, *Mare Salomonis.* [ex 1. Reg. VII. 23.] Continet varias diſputationes Talmudicas. Auctor Schlomo, vel Salamon Luria, ſcriptor recens.

ימות עולם IEMOS OLAM, *Dies ſeculi.* [ex Deut. XXXII, 7] Liber Abarbinelis, quo pollicetur, ſe recenſere velle omnes perſecutiones & adflictiones Iſraelitarum inde ab Adamo primo, uſque ad ſua tempora. Mentionem facit huius libri in מעיני הישועה Fonte 3, Palma 3:

ספר

(ספר היסוד SEPHER HAIESOD, *Liber fundamenti.* Libellus Aben Eſrae de linguae Hebreae myſteriis. MS.

יסוד האמונה IESOD HAEMUNAH, *Fundamentum fidei.* Cabaliſticus R. Barachiel. MS.)

יסוד מורא IESOD MORA, *Fundamentum timoris.* Liber grammaticus videtur. Auctor R. Aben Eſra. Citatur in commentario Coſri Orat. 3, ſect. 32. & ab ipſomet Aben Eſra, Deut. XX, 19. Impreſſus eſt Venetiis in duodecimo, anno CIↃCCXXVI, ſed numquam eum mihi videre contigit. (Legerus ſcribit : eſſe librum de capitibus fidei, & de praeceptis, nec non de rebus Philoſophicis, ac probari in eo, Sacram Scripturam prius eſſe tenendam, antequam ad Talmud accedatur. Impreſſus etiam eſt Conſtantinop.) [*Capita continet* XII. *in, quibus agitur de variis ſcientiarum generibus, de Judaeorum praeceptis, de Legis praeſtantia, de Dei unitate, & uno capite, undecimo ſcilicet de literis Hebraicis, ut ita liber Grammaticus non ſit, ut* Buxtorfio *viſum fuit.* Daſſovius Dedic. de Reſurr. mort. p. 7. S.]

יסוד עולם IESOD OLAM, *Fundamentum mundi* vel *aeternum*, (titulus ex Prov. X, 25.) Liber omnimoda doctrina refertus, quem compoſuit Rabbi Iſaac Iſraelita in Hiſpania, in honorem praeceptoris ſui R. Aſcher, an. CIↃ CCCX. Hiſtoricus eſt, ut ex Iuchaſin adparet, in cuius fine multa ex eo citantur. Vidi olim

olim in inluſtri quadam Bibliotheca, quae nunc diſſipata.

יסוד שירים IESOD SCHIRIM, *Fundamentum Canticorum.* Commentarius allegoricus & myſticus in ſibellum Ruth, ad oſtendendum, quod in Sacra Scriptura ſit גלוי ונעלם פנימי וחיצון *Senſus manifeſtus & occultus, interior & exterior.* Vocavit auctor librum hunc *Fundamentum vel principium Canticorum*, quia ex Rutha egreſſus eſt David, princeps Cantorum. Impreſſus טיהינגן *Thiengae*, an cccxx. Chriſti clɔ lɔ LX.

יוסף בן גוריון IOSEPH BEN GORION, vel IOSIPPON, Ioſephus Hebraicus ex Conſtantinopolitano exemplari editus, & Latina verſione atque notis eruditis inluſtratus a Sebaſtiano Munſtero, Baſileae apud Henricum Petri an. clɔ lɔ XLI. Impreſſus etiam Venetiis an. CCCIV, in quarto, & Cracoviae.

יוסף דעת IOSEPH DAAS, *Augebit ſcientiam.* Liber eſt continens correctiones & caſtigationes commentariorum Rabbi Salomonis ex manuſcripto, trecentorum & amplius annorum antiquitatis, exemplari. Eſt autem hic liber totius operis pars prima dumtaxat, in V, libros Moſis. Auctor R. Ioſeph, bar Iiſſaſchar, Pragenſis. In praefatione promittit in ſecunda parte eumdem laborem in commentarios Raſchi ſuper Prophetas, Hagiographa, & V. Megillos: In tertia parte, caſtigationes in triplex Targum,

On-

Onkeli, Ionathanis & Hieroſolymitanum. Pragae in quarto.

יוסף לקח IOSEPH LEKACH, *Augebit doctrinam* (titulus ex Prov. I, 5.) Peruſch ſive expoſitio ſuper libellum Eſther. Auctor R. Elieſer Germanus, caput Synagogae Poſnavienſis in Polonia, qui obiit anno clɔ lɔ LXXXVI.

יפה מראה IEPHE MAREH, *Pulcer adſpectu*, [ex 1. Sam. XVII, 42.] Scribitur eſſe commentarius elegans ſuper רבות *Rabbos*, uſque ad Leviticum. Venetiis [an. CCCL, Chriſti clɔ lɔ xc.] In Talmud Hieroſol. Bava kama in fine adducitur in gloſſa בעל יפה מראה *auctor libri* יפה מראה / qui vocatus fuit R. Samuel יפה *Iaphe*.

יפה נוף IEPHE NOPH, *Pulcer tractu*. [ex Pſalm XLVIII, 3.] Eiusdem auctoris. Venetiis.

(יפה עינים IEPHE ENAIIM, *Pulcer oculis*. [titulus ex 1. Sam. XVI, 12.] Deraſchim, ſive *conciones* R. Samuelis Iaphe.)

יפה תאר IEPHE TOAR, *Pulcer forma*. [ex Gen. XXXIX, 6.] Eiusdem auctoris. Hunc adducit Philippus Aquinas in Lexico ſuo ad vocem תבקיון, ex Bereſchit rabba, & ſimul paginam 195. unde ſine dubio & hic impreſſus eſt. Videntur hi tres omnes eſſe eiusdem argumenti. Nobis eos numquam videre contigit.

יצירה IETZIRAH, vel SEPHER IE-

IETZIRAH. *Liber creationis.* Liber Cabalisticus celebris, qui tribuitur Abrahamo patriarchae, ut titulus prae se fert, & auctor libri Iuchasin testatur, ut & alibi in Abbreviaturis diximus. Qnidam attribuunt eum R. Akivae, unde in praefatione secunda Zohar Mantuani scribitut, מי התיר לר' עקיבא לכתוב ספר יצירא וקראהו משנה שהיתה שומרה בפיהם בקבלת מאברהם אבינו וכו'. In libro Cosri orat. 4, Num. 25. scribitur de hoc libro; ספר יצירה והוא לאברהם אבינו והוא עמוק ופירושו ארוך הורה על אלהותו ואחדותו בדברים מתחלפים מתרבים מצד אבל הם מתאחדים וכו'. Vidi illic plura & in commentario. Mentio eius in Talmud Sanhedrin, cap. 7, fol. 65. 2. Excusus Mantuae in quarto cum commentariis R. Abraham, ben Dior, Rabbi Mosis, ben Nachman, R. Mosche בוטרילו *Butrillo*, Rabbi Saadiae Gaon, & R. Elieser מגרמיזא anno cccxxii, Christi clolo lxii. [Hunc ipsum librum in linguam convertit Latinam Paullus Riccius.]

(יקוו המים IIKKAVU HAMMAIIM, *Congregentur aquae*, (ex Genes. I, 9.) Liber Philosophicus, de aquis & mari, in quo rationibus Philosophicis demonstrare conatur, cur aquae terram non obruant. Auctor R. Samuel ben Tybbon. MS.)

יראה IIRAH, vel SEPHER HAIIRAH, *Liber timoris Dei*, hortans ad timorem

rem Domini, & pietatem : Parvus eſt, excuſus Venetiis, anno clɔ lɔ XLIV, in quarto. Auctor R. Iona Gerundenſis. Eſt & in Hebraeo-Germanicum ſermonem converſus, qui impreſſus Tiguri anno CCCVI, Chriſti clɔ lɔ XLVI.

יורה דעה הארוך *Liber* IORE DEAH *maior*. Auctor R. Aharon Sacercerdos, circa annum CCCXXXIV. Impreſſus Venetiis cum comment. R. Ioſeph Karro.

יראים IEREIM, vel, SEPHER IEREIM, *Liber timentium* Deum. Auctor R. Beniamin. Schalſcheleth fol. 56. 2. In catalogo quodam reperio ספר יראים adſcribi etiam cuidam ר' אליעזר, [*Rabbi Elieſer.*]

יריעות עזים IERIOS ISSIM, *Cortinae caprinae* (ex Exod. XXVI, 7.) Sexcenta tredecim praecepta verſibus breviter comprehenſa. Auctor R. Schimeon, bar Schmuel, Hieroſolymitanus.

יריעות שלמה IERIOS SCHLOMOH, *Cortinae Salomonis* (titulus ex Cantic. I, 5.) Eſt Biur ſive *declaratio* ſuper Eliam Miſrachi, id eſt, Orientalem, qui ſcripſit declarationem ſuper Raſchi. Auctor R. Schlomo, ſive Salomon Luria, de quo ante dictum. Pragae, an. clɔlɔcIX, in quarto.

יש שכר IESCH SACHAR, *Eſt merces.* [ex Ierem. XXXI, 16.] Caſus iuris, ex libro Zohar. Pragae. vide ſupra in אמרי בינה.

ישע אלהים IESCHA ELOHIM, *Sa-*

lus

Ius Dei. [ex Pſal. L, 23.] Commentarius in Eſtherae librum. Auctor R. Abraham Tzabulon. Venet.

ישועות משיחו IESCHUOS MESCHICHO, *Salutes Meſſiae* (titulus ex Pſ. XXVIII, 8.) Liber explicans dicta Gemarae & Deraſchos de Meſſia. Auctor Abarbinel. In praefat. libri מעיני הישועות ſcribitur, ignorari, quonam hic liber devenerit, ut & ספר משמיע ישועות / unde numquam impreſſi videntur. (D. Legerus de priori ſcribit : Manuſcriptum eius exemplar habere R. Iacobum Romanum, Conſtantinop.)

ישר IASCHAR, vel, SEPHER HALASCHAR, *Liber rectus*, vel *recti*. (titulus ex Ioſ. X, 13.) Auctor R. Tam, R. Salomonis ex filia nepos, qui in Talmud quoque multa commentatus eſt. Excuſus Cracoviae, anno CCCXLVI, id eſt, ↀↃↃXCVI, in quarto, & antea in Italia, anno CCCIV, Chriſti ↀↃ ↃXLIV. (D. Legerus ſcribit : Sic etiam vocari expoſitionem Aben Eſrae in Pentateuchum, edit. Venetiis.)

[ישרש יעקב IASRES IAACOB, *Radicabit Iacobus*, (ex Eſai. XXVII, 6) Liber egregius, & dignus, cuius argumentum in linguam convertatur Latinam. Auctor (quem adhuc cognoſcere non licuit, ob defectum tituli in iſto, quod mihi inſpicere datum fuit, exemplari,) in eo eſt totus, ut fabulas & hiſtoriunculas, ex Talmud ſecundum librorum tractatuumque ſeriem excerptas,

ptas, phyſice, cumprimis myſtice, explicet. Quod adeo ſaepe feliciter fecit, ut mirari ſubcat, librum iſthunc utilem tamdiu ignotum fuiſſe. Excuſus eſt in quarto.]

ב

(ספר הכבוד SEPHER HACCAVOD, *Liber gloriae.* Cabaliſticus R. Ioſeph Gecatiliae. MS.)

כבוד אלהים KEVOD ELOHIM, *Gloria Dei.* [ex Prov. XXV, 2.] Cabaliſticus, cuius auctor R. Elieſer hakkalir. In catalogo quodam inveni, eſſe expoſitionem libri עבודת הקדש. (Praeter hunc duo ſunt adhuc alii hoc titulo. *Primus* R. Ioſeph Aben Schem Tof, Philoſophicus. *Alter*, R. Abraham Aben Megas, conciones quasdam in Legem complectens. Uterque editus Conſtantinopoli)

כד הקמח KAD HAKKEMACH, *Cadus farinae* (titulus ex 1. Reg. XVII, 14) Liber in folio eſt, continens ordine Alphabetico locos communes Theologicos, excuſus Lublini. Auctor R. Bechai, qui commentarium celebrem ſcripſit in Legem, ut ſupra in litera ב poſitum.

כוזרי COSRI, vel, SEPHER HACCOSRI. Liber multiplicis doctrinae ac multae laudis, conſcriptus a ר' יהודה הלוי

R. Iehuda Levita Hiſpano, in honorem regis cuiusdam, quem vocat Coſar, circa annum Chriſti cIↃ CXL. in lingua Arabica, & ex ea in Hebraeam traductus a Iehuda Aben Tybbon, [natione Hiſpano, civitate Ierichuntino] Vixit tempore Aben Eſrae, qui eum citat in paraſcha יתרו Iethro. [continet conloquium, ſeu diſputationem de religione habitam ante nongentos circiter annos, inter dictum regem Coſareorum, & R. Iſaacum Singarum; contra Philoſophos, cumprimis gentiles, & Karraitas.] Excuſus eſt Venetiis primum ſine commentario: deinde cum celebri commentario R. Iehuda Muſcato, quem vocat קול יהודה *Vox Iehudae*, anno cIↃ IↃ XCIV. [Recenſuit eum, cum Latina verſione edidit, & notis inluſtravit Ioannes Buxtorfius, Filius, an. cIↃ IↃc LX. Baſileae.]

(ספר הכולל SEPHER HACCOLEL. *Liber* continens rationes praeceptorum Moſaicorum, R. Moſe ben Tybbon, filii R. Samuelis. MS.)

כל בו COL-BO, *Omnia in eo.* Liber iuridicus, continens iura & conſtitutiones de omnibus rebus communis politiae Iudaicae. Vidi in quarto excuſum Venetiis, anno CCCXXXII, id eſt, cIↃ IↃ LXXII. Eſt & in folio editus.

כלי חמדה KELI CHEMDA, *Vas deſiderabile* (titulus ex Ierem. XXV. 34) Auctor Samuel Laniadi. Continet homilias ex Rabboth,

both, id est, *Glossa magna in V. libros Mosis.* Venet. apud Ioh. de Gara, in fol. Liber recens est.

כלי יקר KELI IAKAR, *Vas pretiosum,* (titulus ex. Prov. XX, 15.) Commentarius est in Iosuae, Iudicum, Samuelis, & Regum libros, eiusdem auctoris, habens, nisi fallor, adiunctum textum cum punctis. Venetiis apud Iohannem de Gara in fol. (*Alius* est commentarius in Legem, R. Ephraiim, qui etiam scripsit עולילות אפרים.

כליל יופי KELIL IOPHI, *Perfectus pulcritudine.* Logica R. Misser Leon. *Alter* est eiusdem nominis, R. Aharonis Karaitae Grammatica MS.

כליל תכלת KELIL TECHELES, *Totum hyacinthinum* (Exod. XXVIII, 31.) R. Menachem Rabba Conciones in Legem. MS.

כללי התלמוד KILLE HATTALMUD, *Regulae, Canones Talmudici.* Auctor R. Ioseph, filius R Ephraiim Caro. MS.

כלימת הגוים KELIMMAS HAGGOIIM, *Opprobrium gentium.* Ephodei liber contra Christianos. MS.)

כפר הכלמה SEPHER HACHLAMAH. Cabalisticus liber, cuius auctor R. Ruben, Hispanus.

כנפי יונה KANFE IONAH, *Alae columbae* (ex Psal. LXVIII, 14.) Liber Cabalisticus recens, R. Menachem Asariae Mippano. MS.

כסא דוד KISSE DAVID, *Solium Davidis.* [ex Iesa. IX, 6.] Liber Philosophicus, Misser David, filii Misser Leonis.

כסף מזקק KESEPH MESYKKAK, *Argentum purgatum.* [Psal. XII, 7.] Auctor R. Iosia Pintus. Citatur a Menasse ben Israel in Conciliatore, p. 128.

כסף משנה KESEPH MISCHNE, *Argentum duplum* (titulus ex Genes. XLIII, 11.) Commentarius in librum Iad Maiemonidis, auctore Iosepho Karro, qui obiit anno clɔ lɔ LXXXV, quo indicat, quo in libro & capite Talmudico singulae theses & doctrinae extent, unde *Keseph mischne*, quasi *Argentum Mischnae.*

(כסף נבחר KESEPH NIFCHAR, *Argentum selectum.* [ex Prov. X, 20.] Eiusdem R. Iosiae Pinti Conciones in Pentateuchum, edit. Venetiis.)

כף נחת KAPH NACHAS, *Vola quietis* (titulus ex Eccles. IV, 6.) Est liber Mischnaios cum brevi commentario, quo difficiliores voces explicantur. Venet. apud Ioh. de Gara, an. clɔ lɔc ix, in octavo.

(כפורת כסף KAPPOS KESEPH, *Cochlearia argentea.* R. Ioseph Caspi Expositio Threnorum. MS.)

כפתור ופרח CAPHTOR VAPHAERACH, *Pomum & flos* (titulus ex Exod. XXV, 32.) Liber est continens historias Talmudicas, Aggados, Medraschos, & similes sermones allegoricos & hyperbolicos, quo-

quorum genuinus ſenſus explicatur. Liber egregius & iucundus. Baſileae in quarto apud Ambroſium Frobenium.

כריתורת KERISUS, vel, SEPHER KERISUS. Auctor R. Schimſchon, qui obiit an. cIↄ cccxII. Introductio eſt in Talmud. Cremonae in quarto.

כתם פז KESEM PAS, *Aurum ſolidum.* [ex Cant. V, 11.] Cabaliſticus. Auctor R. Iom tof. Alius huius nominis, quem compoſuit R. Iſaac, F. Rabbi Samuelis.

[כתר כהונה KESER KEHYNNA, *Corona Sacerdotii.* Lexicon Talmudico-Rabbinicum de convenientia vocum Talmudicarum & Rabbinicarum cum aliis linguis qua Orientalibus, qua Occidentalibus. Auctor David Cohen de Lara. Impreſſus Hamburgi an. ccccxxvIII, Chriſti cIↄ Iↄc LXVIII, in fol. Prodiit tantum ob auctoris mortem uſque ad literam Iod inclusive.]

כתר מלכות KESER MALCHUS, *Corona regni.* [titulus ex Eſth. I, 11.] Liber precum & hymnorum ſacrorum, in laudem Dei Opt Max. Auctor רבי שלמה בן גבירול *R. Salomon, filius Gavirol.*

כתר שם טוב KESER SCHEM TOF, *Corona nominis boni.* Commentarius in Legem, Auctor R. Schem tof. Venet. in folio, anno cccLxI, id eſt, cIↄ IↄcI.

כתר תורה KESER TORAH, *Corona Legis.* Explicatio Talmudica 613. praeceptorum; Conſtantinop. anno ccxcvI, in

quarto. Auctor Rabbi Ioseph Askenasi. Iudaeus quidam aliquando obtulit pro aureo Ungarico.

ל

(לב אבות LEF AVOS, *Cor patrum*, [ex Mal. III, 24] R. Isaac Ibeth hallevi expositio super Pirke avoth. Edit. Thessalonicae.)

לב אהרון LEF AHARON, *Cor Aharonis*, (titulus ex Exod. XXVIII, 30.) Commentarius super Prophetas priores יפה מאד *elegans valde*, scribit quidam. Auctor est Aharon, ben Chaiim.

לב האריה LEF HAARIEH, *Cor leonis* (titulus ex 2. Sam. XVII. 10.) Venetiis in quarto. (Tractatus de memoria artificiali, R. Iuda de Modena. Venetiis, ubi auctor vivit.

לב חכם LEF CHACHAM, *Cor Sapientis*. R. Samuelis Arepol expositio in Ecclesiastem Constantinopoli.)

לבוש מלכות LEVUSCH MALCUS, *Indumentum regium* (titulus ex Esth. VI, 8.) Liber ritualis & iuridicus, quales sunt ארבע טורים & שלחן ארוך / recens, sed valde celebris. Continet decem partes, quarum singulae peculiari titulo a לבוש incoato insigniuntur. Prima vocatur, לבוש תכלת

התכלת *Veſtamentum hyacinthinum.* Secunda לבוש החור *Veſtimentum candidum.* Aliud לבוש עיר שושז *Veſtimentum urbis Suſan*; &c. התופר *Sartor* horum veſtimentorum, ר' מרדכי נקרא יפה *R. Mordechai, dictus pulcer*, qui anno clɔ lɔ xcii, Pragae adhuc claruit. Impreſſus Pragae anno ccclxx, Chriſti clɔ lɔcx, & Lublini anno ccclxiii, Chriſti clɔ lɔ ciii, in folio. [Quale ſcriptum eſt, & quam aeſtimatum. Iuxta methodum libri Arba Turim ita concinnatum eſt, ut IV. partes contineat, quarum prima vocatur *veſtimentum hyacinthinum*, (cuius primae partis membrum alterum eſt *veſtimentum candidum*,) altera *veſtimentum coronae aureae*, tertia *veſtimentum byſſinum & purpureum*, & ultima *veſt. urbis Suſan.* Itaque quatenus liber ritualis eſt, 4. tantum partibus conſtat non *decem*. ut non nemo arbitratus eſt, licet auctor decem veſtimentorum in titulo faciat mentionem,&c. Verba ſunt Doctisſimi Daſſovii Dedicatione operis de Reſurr. mortuorum p. 4. ſ. conf. de eo Wagenſeilius in notitia libb. Rabbinicorum p. 22.]

לבנת הספיר LIFNAS HASSAPHIR, *Later Saphiri*, (Exod. XXIV, 10.) Auctor R. Iuda. Grammaticus videtur, & citatur a R. Abraham Balmeſio in litera S. 4. (Eſt etiam huius nominis Commentarius quidam cabaliſticus in Legem, ignoti auctoris. MS.)

לוחות התכונה LUCHOS HATTE-

TECHUNAH, *Tabulae Aſtronomicae*, in gratiam Alphonſi, Regis Portugaliae confectae, quae idcirco vocantur Tabulae Alphonſinae. Auctor ר׳ יצחק אבן סיד *R. Iſaac, Aben Sid.*

(לויתן חן LIFIAS CHEN, *Additamentum gratiae*, (Proverb. I, 9.) Grammatica R. Immanualis, Ben Giunto Aben venuto, edita Mantuae. Alter exſtat eiusdem nominis, R. Levi conciones in capita quaedam Legis complectens. MS.)

לחם אבירים LECHEM ABBIRIM, *Panis robuſtorum.* [ex Pſ. LXXVIII, 25.] Liber Talmudicus iuridicus.

(לחם דמעה LECHEM DIMAH, *Panis lacrymarum* [ex Pſalm LXXX, 6.] R. Samuelis Uzedae Expoſitio in Threnos. Venetiis.)

לחם יהודה LECHEM IEHUDAH, *Panis Iehudae.* Commentarius eſt in Pirke, Savioneta, an. cccxiv, in quarto.

לחם משנה LECHEM MISCHNE, *Panis duplus*, (Exod. XVI, 4.) *Panis Miſchnae.* Commentarius ſuper משנה וכסף de quo in litera כ.

(לחם סתרים LECHEM SESARIM, *Panis abſconſionum* (ex Proverb. IX, 17) Commentariolus breviſſimus in Danielem & quinque libellos, quaeſtiones ſeu dubia nonnulla in ſingulos libros proponens & diſſolvens. Auctor R. Ioſeph טאיטצק Taitzak. Venetiis apud Iohannem de Ga-

ra,

ra, anno CCCLXVIII, Christi CIↃIↃCVIII, in quarto.)

לחם רב LECHEM RAF, *Panis multus.* עניני תלמוד וסוגיות Continet res & modos loquendi Talmudicos.

לחם שלמה LECHEM SCHLOMOH. *Panis Salomonis* (ex I. Regum. IV, 22.) ספר דרשות *Liber Concionum.*

לכל חפץ LECHOL CHEPHETZ, *Omnis rei desiderium.* [ex Eccles. III, 1.] Est liber formularis contractuum, instrumentorum, libellorum, iuris, matrimonii, repudii, emtionis, venditionis, locati, conducti, commercii, mutui, depositi, &c. Venetiis, anno שי"ב CIↃ IↃ LII, in quarto. Invenio etiam, huius nominis esse libellum quemdam parvum, המבאר רוע השחוק *ostendentem perniciem lusus*, qualis est סור מרע /de quo infra.

למורי אצילות Liber Cabalisticus manuscriptus.

לפני ולפנים Cabalisticus, quem composuit R. Meir, ben Todoros ex Toletola.

לקהת נביאים LIKHAS NEVIIM, *Congregatio Prophetarum.* De Prophetis, & maxime de Prophetia Molis, saepe contra librum Mosc disputat. Auctor Abarbinel.

לקח טוב LEKACH TOF, *Doctrina bona* (titulus ex Prov. IV, 1.) Lexicon est Hebraco-Germanicum super tota Biblia, additis sparsim glossis Hebraicis. Liber non inutilis Germanis. Donavi aliquando ami-

co. Pragae in quarto. Est & alius eiusdem nominis, qui est חנוך לנערים *Catechismus puerorum* Hebraeorum, per quaestiones & responsiones institutus, Venetiis apud Iohannem de Gara, in octavo. (Praeter hos sunt adhuc duo alii eiusdem nominis. *Primus*, R. Iom Tof Saalon expositio in libellum Esther, edita Constantinop. *Alter*, R. Mose Nager expositio in Pentateuchum, edita ibid.

ליקוטי זוהר LIKKUTE SOHAR, *Collectanea ex Sohar.*

ליקוטי הפרדס *Conlectanea ex Pardes* Rimmonim.

לקט שכחה ופאה LEKET, SCHECECHA UPHEAH. Excusus est liber huius tituli Ferrarae in quarto. Citatur etiam talis in Caphtor, fol. 78.

(לקט שכחות LEKET SCHEKECHOS, *Conlectio rerum oblivioni datarum*, perditarum, amissarum. Auctor R. Mose ben Tybbon. MS.)

ליקוטי מהתלמוד לר' יסף גיקטיליא *Conlectanea ex Talmud R. Ioseph Gecatiliae.*

לשון הזהב LESCHON HASSAHAF, *Lingua*, vel *lingua aurea*. [Ios, VII, 21.] Venetiis in quarto. (Est tractatus de nominibus mensurarum, quae in Sacra Scriptura exstant, R. Isaac Alchadesi, id est, Gibbosi. MS.)

לשון למודים LESCHON LEMMUDIM, *Lingua eruditorum*. [ex Iesa. L, 4.] Liber Grammaticus, auctor R. Salomon Iarchi,

chi, ut citat R. Abraham Balmesius, folio E 2, & alibi saepe. Est & alius, cuius auctor Rabbi David, ben Iechaia, excusus Constantinop. an. clɔ lɔ vi.

מ

(מאה דברים MEAH DEVARIM, *Centum verba.* Rabbi Isaac Nathan Institutio seu disciplina filiorum. MS.

ספר מאה דפים SEPHER MEAH DAPPIM, *Liber centum foliorum.* Medicus liber, ex Talmudicis libris conlectus, ubi in iis de Medicina quid occurrit.

מאה שערים MEAH SCHEARIM, *Centum portae.* Liber Cabalisticus R. Isaac, bar Abba, MS. *Alter* est, R. Mosche Alschich, conciones continens in Paraschas Mosaicas, ordine habitas. MS.)

מאור עינים MEOR ENAIIM, *Lumen oculorum.* [ex Prov. XV, 30.] Liber est divisus in tres partes: prima vocatur קול אלהים *Kol elohim*, *Vox Dei*, quae agit de terrae motibus, qui contigerunt Ferrarae 18. Novembr. anno cccxxxi, Christi clɔ lɔ lxxi. secunda, הורת זקנים *Decor senum*, est translatio Hebraica libelli Aristeae de septuaginta Interpretibus Graecis: tertia, אמרי בינה *Verba intelligentiae*, continet varias res historicas & Philologicas. Liber elegans,

gans, eruditus & iucundus, in quo de productis quaestionibus non tantum ex Hebraeis, sed & Graecis ac Latinis (quarum linguarum videtur peritus fuisse auctor) scriptoribus differitur. Nam adducit multa ex Augustino, Hieronymo, Aristaea, Cicerone, Plutarcho, Origene & aliis plurimis nostris auctoribus. Auctor ר' עזריה מן הארומים *R. Asarias Edomaeus.* Excusus Mantuae in quarto, anno CCCXXXIV, Christi CIↃ IↃLXXIV.

מאור עניים MEOR ANIIM, *Lumen pauperum.*

(ספר מאורות SEPHER MEOROS, *Liber luminarium.* R. Serachia Scholia in Raf Alpes, edit. Savionetae.)

מאיר איוב MEIR IIOB, *Inluminans Iobum.* Explicatio elegans libri Iobi, גוטה על הפילוסופיא *inclinans ad Philosophiam.*

מאיר תהלות MEIR TEHILLOS, *Inluminans Psalmos.* Similis expositio libri Psalmorum.

מאיר נתיב MEIR NASIF, *Inluminans viam.* Sic inscribitur liber concordantiarum Hebraicarum, qui in folio excusus Venetiis, anno CCLXXXIV, id est, CIↃ IↃ XXIV, & Basileae anno CIↃ IↃ LXXXI, per Frobenium. Eaedem Concordantiae, sed Parentis studio alia methodo dispositae, & emendatiores, auctiores, atque interpretatione vocum Latina inlustriores, editae sunt, anno CIↃ IↃ CXXXI, per Ludovicum König.

מאירת עינים MEIRAS ENAIIM, *Inluminans oculos.* [ex Pſal. XIX, 10.] Recenſio brevis & ſummaria omnium 613. praeceptorum. Pragae in octavo. (Praeter hunc ſunt adhuc duo homonymi. *Primus* Liber ritualis & iuridicus, editus Cracoviae. *Alter* eſt expoſitio arcanorum Cabaliſticorum, quae occurrunt in R. Moſis Nachmanidis commentariis in Legem.)

מאזני העיונים MOSNE HAIIUNIM, *Statera contemplationum.* Citat cum Maſius in Ioſuam.

מאזני לשון הקדש MOSNE LESCHON HAKKODESCH, *Statera linguae ſanctae.* Liber grammaticus, quem compoſuit R. Abraham, filius R. Meir, Hiſpanus, cognominatus Ben Eſra. Venetiis in octavo, anno CCCVI, id eſt, CIↃ IↃ XLVI, cum tribus aliis opuſculis, quorum titulum vide in רקרוקים.

מאזני משקל MOSNE MISCHKAL, *Statera ponderis* (ex Ezech. V, 1.) Proſodia Hebraica R. Iacobi Romani, Conſtantinopolitani, in qua genera carminum Hebraicorum mille trecenta quadraginta octo oſtendit, & proponit. Nondum eſt editus. *Specimen operis ante aliquot annos ad me miſit Conſtantinopoli.*

(מאזני צדק MOSNE ZEDEK, *Bilances iuſtae.* [ex Lev. XIX, 36.] Liber moralis Arabice ab Abuamat Algazelo ſcriptus, &

HE-

Hebraice conversus a R. Abraham, bar Chasdai. MS.)

מאמץ כוח MEAMMETZ COACH, *Roborans virtutem* (ex Prov. XXIV, 5.) Liber Ethicus & moralis. Auctor R. Kalonymus.

מאמר האחדות MAAMAR HAACHADUS, *Sermo de Vnitate* (Dei.) Liber Cabalisticus. Ferrarae in quarto.

(מאמר מרדכי MAAMAR MORDECHAI, *Sermo Mardochei.* [ex Esth. II, 20.] R. Schem tof expositio in libellum Esther. Venetiis.)

מאמר השכל Itidem Cabalisticus.

מבחר הפנינים MIFCHAR HAPPENINIM, *Selectae margaritae.* Liber celebris, continens praecepta Ethica & moralia ex antiquis Philosophis Graecorum & Arabum collecta, a R. Salomone ben Gavirol. Conscriptus primum ab auctore in ling. Arabica, & in ea מכתאר אלגואהר vocatus: deinde a R. Iehuda Aben Tybbon Sevilienſi ex lingua Arabica in Hebraeam conversus. Ita scribit de hoc libro R. Ioseph Kimchi in praefatione libri שקל הקדש / de quo infra. Excusus Cremonae, apud Vincentium Conte, in quarto, anno CCCXVIII, Christi CIↃ IↃ LVIII, cum commentario. Johannes Drusius eum fere integrum recensuit in libro., *Apophtegmata Hebraeorum & Arabum*, qui typis editus Franekerae anno CIↃ IↃXCI.

מבצר

(מבצר יצחק MIFZAR IITZCHAK, (alluſio ad locum Habac. I, 10.) *Munitio Iſaaci.* Diſputatio contra Chriſtianos R. Iſaac Nathanis , qui concordantias conſcripſit MS.

מבקש יי׳ MEVAKKESCH ADONAI, *Quaerens Dominum.* R. Iſaac Gerſon conciones, editae Venetiis.

ספר חמבקש SEPHER HAMMEVAKKESCH. R. Schem tof Phalkeira *Quaeſitor* ſeu *Inveſtigator* ſcientiarum , proſa & verſu.)

מגיד משנה MAGGID MISCHNE. *Indicans duplum* (ex Zach. IX, 12.) quaſi *Indicans Miſchnam.* Eſt enim commentarius in Maiemonidem , ut ſupra in יד dictum, cuius Auctor eſt ר׳ יום טוב בר אברהם *R. Iom tof , bar Abraham* , qui abbreviate dicitur ריט״בא *Riba.* Floruit circa annum Chriſti cIↃ CCCLXXV. In Iuchaſin , fol. 133. 2. adſcribitur Don Vidalo Tholoſano.

מגדל דוד MIGDAL DAVID, *Turris Davidis.* [Cant. IV, 4.] Saloneci in quarto. (Sunt plures huius tituli libri. *Vnius* auctor eſt R. Mordechai דאטן *Dato* , in quo oſtendit & docet, magnam habuiſſe cauſam Iſraelitas exſpectandi liberationem ex praeſenti captivitate , & reſtaurationem Templi anno שלו״ anno CCCXXXV , Chriſti cIↃ IↃ LXXV , Mentionem eius facit R. Aſarias in מאור עינים fol. 139. col. 1. *Alius* eſt R. Davidis Stellae, conciones in Legem continens. MS.

Alius

Alius itidem, Grammatica R. David Provincialis.)

מגדל עז MIGDAL OS, *Turris robusta.* [Prov. XVIII, 16] Auctor Rabbi Iom tof, bar Abraham, modo commemoratus. (Legerus scribit: esse expositionem in R. Alphes. Alius est eius nominis, R. Almosnini expositio libri Cavvanoth Algazeli, qui invitus Arabice scripserat *destructionem Cavvanoth*, id est, *opinionum Philosophicarum*, quo tempore Caliphae retinuerant usum Philosophiae. Contra ipsum postea Averroes scripsit *destructionem destructionis.*

מגלה עמוקות MEGALLE AMUKOS, *Revelans profunda* (ex Iobi XII 22.) Auctor R. Mose Cohen. MS. *Alius*, R. Levi. *Alius*, Epistola Rambani. *Alius*, R. Salomonis El Constantin, i. e. Constantinopolitani, expositio Philosophica in Legem. MS.

מגלת המגלה MEGILLAS HAMMEGILLA, *Volumen voluminis.* Auctor R. Abraham bar Chiia hannasi. Citatur a R. Asaria in מ"ע fol. 139. 2. & ab Abarbanele in Danielem, cap. XI.)

מגלת ספר MEGILLAS SEPHER, *Volumen libri*, [ex Psal. XL, 8.] Liber epistolicus est, comprehendens epistolarum Hebraicarum familiarium formas, quem pene totum Latine reddidimus, & notis phrasium explicavimus in peculiari libro, cui titulus, *In-*

Inſtitutio Epiſtolaris Hebraica, cum centuria Epiſtolarum.

[מגלת תענית MEGILLAS TAANIS, *Volumen ieunii.* Auctor eius fuit Chanania, ben Ezechiae, filii Goron; uti videre eſt apud R. Gedaliam, in Schalſcheles Hakkabbala, fol. 18. 2. & alios. In illa Megillas Taanit, quam hodie habemus, ſub finem haec adduntur: מי כתב מגילת תענית סיעתו של ר' אליעזר בן חנינא בן חזקיה בן גרון כתבו מגילת תענית *Quis conſcripſit Megillas Taanis? Conſortium*, ſchola, *R. Eliezeris, ben Chanina, ben Hiskiae, ben Goron.* Unde conligi poſſe videtur, eſſe hoc volumen diverſum ab antiqua Megillas Taanis; quemadmodum quoque ex eo, quod mentionem iniicit R. Simeonis, ben Gamalielis, aliorumque, qui, ut probabile, poſt ea tempora vixere. Raritatem huius voluminis multis praedicat doctiſſimus Seldenus *de Syned.* Lib. III, c. XIII, §. 12. utpote cuius nulla fiat mentio a ud Genebrardum, Gesnerum, auctorem noſtrum, eiusque filium, Plantavitzium aliosque, qui bibliothecas Rabbinicas conſcripſere.]

(מגלת סתרים MEGILLAS SESARIM, *Volumen occultorum.* R. Samuel Motot expoſitio in Aben Eſram ſuper Pentateuchum, edit. Venet.)

מגן אברהם MAGEN ABRAHAM, *Scutum Abrahami.* Auctor Peritzola.

מגן אבות MAGEN AVOS, *Scutum*

patrum. Auctor R. Simeon, bar Zemach, ex familia Duran, nepos Ralbag, circa annum Christi cIↃCCC XCI, ut notatur in צמח דוד par. 1, fol. 59, 2. In eo libro ostentavit doctrinam suam ex Talmud, & omnibus aliis scientiis. Citatur in Iuchasin, fol. 15. 1. & 106. 1. (Legerus scribit: esse disputationem contra Mahumetanos, Karraitas, & Christianos, notans errata Alkorani, &c.

מגן אלהים MAGEN ELOHIM, *Clypeus Dei*, vel, Clypeus Dominus, [ex Ps. LXXXIV, 12.] MS.

מגן דוד MAGEN DAVID, *Clypeus Davidis.* Grammatica R. Elisa, i. e. Graeci, Apologiam continens pro R. Davide Kimchi contra Ephodeum, qui eum in Opere suo grammatico saepissime refutat. Constantinopoli. *Alius* ☞ Misser David speculationes in quaedam capita Legis, MS. *Alius* R Davidis Cohen. MS. *Alius* Cabalisticus R. David ben Simra, qui citatur a Menasse ben Israel in Conciliatore p. 41.

מגן ורמח MAGEN VAROMACH, *Clypeus & Lancea*, [ex Iudic. V, 8] Disputatio contra Christianos R. Cain ben Mousa Haccohen, MS.)

מדבר יהודה MIDBAR IEHUDAH, *Desertum Iudaeae.* Liber concionum. Venet. in quarto.

מדרש MIDRASCH, vel MEDRASCH. Sic dicitur commentatio allegorica & historica. Tales libri plurimi sunt in

di-

diverſos libros Biblicos, ut, מדרש התורה MITTRASCH HATTORAH, *commentarius homologeticus in Legem*, Saloneci in fol. מדרש חמש מגלות MIDRASCH CHAMESCH MEGILLOS, *Commentarius allegor. in quinque libellos*, Ibidem. מדרש שיר השירים ואיכה מהזוהר MIDRASCH SCHIR HASSCHIRIM VEECHA, *com. allegor. in Canticum Canticorum*; *& Threnos*, ex Sohar, Cracoviae in quarto. מדרש תהלים MIDRASCH TEHILLIM, *commentarius allegoricus in Pſalmos*. Venetiis apud Bombergum, anno cccvi. Chriſti cIↃ IↃ xlvi, in fol. מדרש משלי MIDRASCH MISCHLE, *commentarius allegoricus in Proverbia*, Ibidem. מדרש שמואל MIDRASCH SCHMUEL, *commentarius allegoricus in Samuelem*, Ibidem.

מדרש רבי אליהו MIDRASCH DEBE ELIAHU. *Midraſch domus Eliae*. Continet aggados, narrationes hiſtoricas, ſive fabulas ex Talmud.

מדרש החכמה MIDRASCH HACHOCHMAH, *Midrach Sapientiae*. Commentarius in Phyſicam Ariſtotelis. Auctor R. Iuda. Sacerdos, Toletanus.

מדרש שמואל על פרקי אבות MIDRASCH SCHMUEL AL PIRKE AVOS, *commentarius allegoricus ſuper Capitula patrum*.

מדות MIDDOS, vel SEPHER HAMMIDDOS, *Liber morum*. Sic vocantur li-

bri Ethicorum Ariſtotelis, quos in Hebraeum ſermonem convertit Don Meir, medicus Regis Caſtiliae, anno Ↄ ccccv. Commentario inluſtravit hunc librum R. Ioſeph, filius R. Schem tof, qui etiam commentatus eſt in librum More.

(מדות אהרן MIDDOS AHARON, *Proprietates Aharonis.* R. Aharon, ben Chaiim, recentis ſcriptoris, expoſitio 13. מדות ſeu *modorum*, quibus Lex explicatur. Venetiis.)

מהלך הכוכבים MAHALACH HACCOCHAVIM, *Iter ſtellarum.* Liber Aſtronomicus.

מהלך שבילי הדעת MAHALACH SCHEVILE HADDAAS, *profectio per viae ſcientiae.* Liber grammaticus R. Moſis Kimchi, fratris Rabbi Davidis, qui claruit anno Ↄ cxc. Ioſephus Scaliger habuit impreſſum in Sicilia ante annos CLII. Excuſus etiam eſt Venetiis apud Danielem Bombergum, cum tribus aliis opuſculis grammaticis, anno CCCVI, id eſt, Ↄ Ↄ XLVI, cum Eliae Levitae commentariolo. Eſt & Baſileae excuſus, & Latine redditus per Munſterum, anno Ↄ Ↄ XXXI. Denique eumdem librum nuper elegantiſſime & emendatiſſime, cum notis eruditis, quibus multa Scripturae teſtimonia inluſtrantur, edidit amicus noſter, Conſtantinus L' Empereur, Lugduni Batavorum, an. Ↄ Ↄ Ↄ CXXXI.

מהריל MAHARIL, vel, MINHAGE MA-

MAHARIL, *Liber ritualis Maharil*, Cremonae, in quarto.

מהררי נמרים MEHARRE NEMARIM, *De montibus pardorum* (titulus ex Cantic. IV, 8.) Expositio על איזה כוגיורת מהתלמוד *quarumdam proprietatum loquendi & disputandi in Talmud*, Venetiis in quarto.

(מורה אהרן *More Aharon*. Doctor Aharon. R. Aharon Karraitae refutatio nugarum Talmudicarum. *MS.*)

מורת נבוכים MORE NEVOCHIM, *Doctor perplexorum. Liber multiplicis laudis & doctrinae R. Mosis Maiemonidis, a nobis ante paucos annos in Latinam linguam conversus, unde non necesse plura de eo hic dicere.* Editus est Venetiis primo sine commentariis: deinde Savionetae cum triplici commentario Schem Tof, Ephodi & Craskalii, apud Vespasianum Gonzagam, anno CCCXIII, Christi ↄIↃ LIII. *Qui plura de eo volet, adeat versionem & praefationem nostram.* (Versibus expressus exstat a R. Mattatia Cartin. *MS.*)

מורה חטאים בדרך MORE CHATTAIM BADDERECH, *Ducens peccatores in viam* (ex Psal. XXV, 8.) Libellus hortans ad poenitentiam, & vitae emendationem. Auctor, ר' אליעזר מגרמיזא *Rabbi Eliezer miggarmisa*. Pragae in octavo.

מזבח הזהב MISBEACH HASSAHAF, *Altare aureum.* Varias quaestiones

Philoſophicas & Theologicas tractat. Auctor Rabbi Schemtof, Lugdunenſis. *Alius* eſt huius nominis Cabaliſticus, de confectione ſuffitus ſacri, qui ſuper altari aureo fiebat, &c. Auctor R. Schlomon, ben Rabbi Mordechai. impreſſus Baſileae, anno CCCLXII, Chriſti CIↃIↃCII, apud Waldkirchium, in quarto.

מזמור לתודה MISMOR LETODAH, *Pſalmus euchariſticus.* [ex Pſal. C, 1.] Expoſitio Pſ. CXIX. Venet. in quarto.

(מצרק בסף MISRAK KESEPH, *Pelvis argentea.* [ex Num. VII, 13.] Auctor R. Ioſeph Caſpi. *MS*

מחברות איתיאל MECHABBEROS ITHIEL, *Collectiones* vel *Compoſitiones R. Ithiel Chariri*, conſcriptae Arabice, quas deinde Chariſi Hebraice tranſtulit, & תחכמני vocavit, de nomine illius herois, de quo 2. Sam. XXIII, 8. Utraque lingua, tum Arabica, tum Hebraea, eſt eloquentiſſimus liber. Chariri enim Arabice aemulatus eſt eloquentiam Alcorani. Chariſi vero huius facundiam Hebraicis carminibus ſuperaſſe fertur. Emanuel ipſe, homo glorioſiſſimus, hunc Chariſi, tamquam ſummum & incomparabilem poetam, commendat in מחברות עמנואל cap. IX.)

מחברות עמנואל MECHABBEROS IMMANUEL, *Compoſitiones Immanuelis.* Liber Poeticus, continens rhythmos & metra omnis generis, admirabili

arte,

arte, eloquentia, elegantia & doctrina conscripta, unde non immerito שר המשוררים *princeps poetarum* habetur eius auctor, Immanuel, filius R. Schelomoh. Reperiuntur in eo copiose omnis generis materiae, multa amatoria & iocosa, atque adeo etiam scurrilia, quod in Iudaicis scriptoribus rarum. unde Iudaeos vidi, qui hanc ob causam eum non magni faciant. Elegantia autem sermonis, & summum artificium, quod illic latet, facit ut aliquo modo licentia poetica excusari possit, exemplo poetarum Latinorum, quos ille & imitatus, & aemulatus esse videtur. Dividitur liber in 28 מחברות *libros* aut *capita*. Impressus Constantinopoli apud Gersonem Schunzen, anno ccc. Christi ↄlↄxl, in quarto. *Rarissimus est. Ego cum praeterito anno nactus sum Mantua a Iudaeo quodam.*

מחזור MACHSOR, *Cyclus, Circulus, Reditus in circulum*, liber precum est, quo maxime in maioribus festis utuntur. Preces fere omnes scriptae rhytmice, sermone difficili, qui a paucis intelligitur, unde has preces dicunt maior pars Iudaeorum, sicut Vestrales nostrae Psalterium Latinum & Pater noster. Saepissime liber editus in octavo, quarto, & folio, etiam cum commentariis. Vidi exemplaria Venetiis, Sabionetae, Cracoviae, Pragae, Augustae edita. In Venetiis multa correcta sunt, quae contra Christianos & regnum Romanum e-

rant directa, quae in aliis plerisque sunt expressa, vel adscribuntur a Iudaeis ad marginem, quale exemplar aliquando habui, ex quo etiam multa descripsi. Exstat & German. editus Pragae in folio.

מחזור ויטרי MACHSOR VITRI. Liber Astronomicus: auctor R. Simcha, discipulus R. Salomonis.

מחזור הפסח MACHSOR HAPPESACH, *Cyclus Paschalis*. Liber Astronomicus.

(מחנה אלהים MACHANE ELOHIM, *Castra Dei*. [ex Gen. XXXII, 3.] Liber Philosophico-Theologicus, ut liber More, R. Mosis ben Chasif. *MS.*)

מחקר הסודות MECHKAR HASSODOS, *Scrutatio secretorum*. Citat Galatinus lib. 1, cap. 3.

מחיר יין MECHIR IAIIN, *Pretium vini* (ex Iesa. LV, 1.) Commentarius in libellum Esther. Auctor R. Moses, filius R. Israel Iserle. Cremonae per Vincentium Conte, anno cccxix, Christi clɔ lɔ LIX, in quarto.

(מטה משה MATTE MOSCHE, *Baculus Mosis*. [ex Exod. IV, 2.] Liber Iuridicus.)

מי המרים ME HAMMARIM, *Aquae amarae*. [ex Num. V, 18.]

מישרים MESCHARIM, vel, SEPHER MESCHARIM, *Liber rectitudinum*. Auctor R. Ierucham, an. clɔcccxxxIV.

Ve-

Venet. anno cccxiii, Chriſti cIↄ Iↄ LIII, in fol.

מכלול MICHLOL, Grammatica R. Davidis Kimchi, impreſſa Venetiis in octavo, anno cIↄ Ic L, & in folio anno cccv, Chriſti cIↄ Iↄ xLv, Conſcriptus liber circa annum cIↄcc.

(מכלכל מחלה MECHALKEL MACHALAH, *Suſtentans infirmitatem.* Liber Medicus, Rabbi Abraham Caslari.)

מכלל יופי MICHLAL IOPHI. *Perfectio pulcritudinis* (ex Pſalm LIX, 2.) Auctor ר׳ שמואל סרסא *R. Samuel Sirſa*, anno cIↄcccccxc. Liber autem impreſſus eſt poſtea בשלוניקי *in Salonica*, id eſt, (ut puto) Theſſalonicae, anno שכ״ז, id eſt, Chriſti cIↄ Iↄ LxvII. In eius libri titulo auctor ponitur R. Menachem, filius Abrahami. Liber hic proprie ita vocatur, & continet expoſitiones ſive definitiones vocabulorum, ſeu terminorum Philoſophicorum, Ethicorum, & Politicorum, Logicorum, Mathematicorum, Phyſicorum, Theologicorum, Medicorum, qui paſſim apud Philoſophos & Theologos, praeſertim in Libro More Nevochim, occurrunt, idque ſecundum ordinem Alphabeticum, & in unaquaque litera termini iſti diſtincte proponuntur. Auctor מנחם בר אברהם המכונה בונאפוס אבירהם חפרפנייאני *Menachem bar Abraham, cognominatus Bonapus Abraham Parpanianus.* Habeo manuſcriptum, ſed audio

etiam impreſſum eſſe. Exſtat etiam quidam liber huius tituli, qui continet commentarium grammaticum in univerſa Biblia, qui excuſus Conſtantinopoli anno cccxiv, id eſt, ↄlↄ lↄ LXIV, & in titulo auctorem praefert, ר׳ שלמה ז׳ מלך / ut in amici cuiusdam catalogo inveni. - In eius fine ſcribit, ſe inveniſſe, (quod Galatinus etiam refert,) R. Iudam primum fuiſſe grammaticum Hebraeorum. (Praeter adductos feruntur adhuc eſſe alii: Liber Philoſophicus Miſſer Leonis: & alius Aben Eſrae.)

מכילתא MECHILTA. Liber ex antiquioribus, magnae celebritatis. Eſt Commentarius in Exodum. De auctore diverſum ſentiunt Hebraei. Origo ipſi adſcribitur circa annum Chriſti ccx. Eſt & alius liber Mechilta R. Iſmaelis. Conſtantinopoli an. ↄlↄ lↄ xx, & Venetiis in fol.

(מכתב אליהו MICHTAF ELIAHU, *Scriptum*, vel, *Epiſtola Eliae*. Rabbi Eliae Alpheghi Aſtrologia. *MS.*)

מכתם לדוד MICHTAM LEDAVID, *Aureolum carmen Davidi*. [ex Pſalm XVI. 1.] Auctor ר׳ דוד ויטל *R. David Vital*, an. ↄlↄ cccclxvii. Eſt explicatio tredecim articulorum Legis ſive fidei Iudaeorum. Impreſſus Venetiis, per Marcum Antonium Iuſtinianum, an. ↄlↄ lↄ xlvi.

מלאכת המספר MELECHES HAMMISPAR, vel, SEPHER HAMMISPAR, *Ars numerandi*. Arithmetica eſt, quam ad for-

formam noſtrarum Arithmeticarum ſcripſit ר' אליה מזרחי *R. Elia Miſrachi*, id eſt, *orientalis*, qui & Sephaeram conſcripſit, ut in lirera צ dicetur. Ex eo compendium Arithmeticum extraxit Oſvvaldus Schrekenfuchſius, & Latine reddidit, quod excuſum Baſileae per Henricum Petri.

ספר המלואים SEPHER HAMMILLUIM, *Liber implerionum.* Cabaliſticus eſt. Auctor R. Aſarias, filius ſancti Rabbi Menachem. (Plures ſunt. *Alius* enim eſt R. Iſaac Iſraeli, Supplementum libri ipſius יכור עולם, *MS.* *Alius* R. Ioſeph Eſobionis ſeu Hyſſopei.)

מלורת הגיון MILLOS HIGGAION. *Explicatio vocum* ſive *terminorum Logicorum.* Cremonae, in quarto.

מלחמרת החכמרה והעשר MILCHAMAS HACHOCHMAH VEHAOSCHER, *Bellum Sapientiae & divitiarum.* Libellus parvus, impreſſus Cracoviae, in octavo. Vocatur etiam מלך רב.

(מלחמרת מצורה MILCHAMAS MITZVAH, *Bellum praecepti.* Diſputatio R. Ioſephi Kimchi contra Chriſtianos, *MS.* *Item* R. Salomoh bar Tzemach expoſitio libelli Eſther, edit. Venet.

מלחמרת יי MILCHAMAS ADONAI. *Bellum Domini.* R. Moſe bar Nachman Gerondenſis Annotationes in Raf. Alphes. *Alius*, liber Philoſophicus R. Levi.)

מלחמורת יי MILCHAMOS ADONAI,

NAI, *Liber bellorum Domini.* [ex Num. XXI, 14.] Auctor רלב"ג *Ralbag*, id est, *R. Levi, ben Gerson*, insignis Philosophus & Theologus; qui eum saepe in suis commentariis citat. Liber est philosophicus & Theologicus vel metaphysicus maxime, ex scriptis Aristotelis & aliorum philosophorum conlectus. Praecipua eius capita sunt 1. de animae immortalitate. 2. de notificatione vel scientia futurorum, a quo & quomodo illa fiat, ubi & de insomniis, divinationibus, & prophetia. 3. de scientia Dei, quae scilicet est in Deo, quomodo ille res omnes universales & particulares sciat. 4. de providentia Dei. 5. de corporibus coelestibus & motoribus illorum. 6. de Innovatione seu creatione mundi, in quo etiam agitur de miraculis, signis & prodigiis, quomodo item probandus sit propheta. Impressus Rivae de Triento, an. cccxx, Christi clɔ lɔ LX, in fol.

מלחמות יי MILCHAMOS ADONAI, *Bellum Domini.* R. Iacob bar Ruben disputatio contra Christianos. *MS.*

מילי דאבות MILLE DEAVOS, *Verba patrum.* Commentarius in Pirke avoth. Auctor, R. Iosephus Hivanus. Impressus Cracoviae in quarto. & Venet.)

מלכיאל MALKIEL. Liber parvus, agens philosophice de anima & eius facultatibus. Thiengae, in quarto.

מלמד התלמידים MELAMMED HATTALMIDIM, *Doctor discipulo-*

rum. (MALMAD HATTALMIDIM, *Stimulus discipulorum.* Derashim sive *conciones* in Legem R. Iacob ben Machir. Commendat in eo Philosophiae studium, unde eius auctoritate se tuebantur philosophantes in concionibus. *MS.*)

(ספר המלמד SEPHER HAMMALMAD, *Liber stimuli.* R. Simeonis Grammatica & Logica. *MS.*)

ספר המנהיג SEPHER HAMMANHIG. Liber quo explicantur ritus Iudaeorum Hispanorum in Synagogis suis.

מנהיג עולם MANHIG OLAM, *Gubernator mundi.* Liber ritualis est. Auctor eius R. Eliakim, qui vixit Toleti, anno Christi cIↃ ccxxxvI.

(מנהיג הרופאים MANHIG HAROPHEIM, *Dux rector medicorum.* Regulae sunt medicinales R. Isaac Israeli. *MS.*

מנהג בתי אבות MINHAG BATTE AVOS, *Ritus familiarum paternarum.* Venet.)

מנהגים MINHAGIM, *Ritus, Rituale.* Plures sunt, qui Minhagim scripserunt. Sunt autem libri, in quibus ritus describuntur, quibus hodie in synagogis tempore precum & festorum utuntur. *Breviaria* quidam vocant. Liber Minhagim excusus Venetiis Hebraeo-Germanice, cum figuris, in quarto, a. cIↃ IↃcI, & Hebraice Cracoviae anno שנ"ץ CCCLVII, Christi cIↃ IↃ xcvII, cuius auctor אייזק טירנא *Isaac Tyrna.* Celebres sunt etiam Minhage מה"ריק *Maharil*, id est, R. Iacob Levitae.

מנהגי

(מנהגי קראים MINHAGE KARRAIM, *Ritus Karraitarum.* Venetiis.)

מנוח הלבבות MENOACH HALLEVAVOS, *Requies cordium.* Lublini, in quarto.

מנורת הזהב MENORAS HASSAHAF, *Candelabrum aureum.* Cabalisticus. Auctor Rabbi Salomon Luria.

מנורת המאור MENORAS HAMMAOR, *Candelabrum lucis.* Liber Talmudicus, continens Aggados & Medraschim totius Talmud, ad regimen hominis, & mores eius formandos. Auctor ר' יצחק אבוהב *R. Isaac Avuhaf*, qui conscripsit eum anno ↄↄↄ CCC LXX, & obiit in Portugalia, anno ↄↄↄ CCCCXCII. Excusus Venetiis, anno CCCIV, id est ↄↄↄ ↃↃ XLIV.

מנורת הלוי MANOS HALLEVI. *Portiones Levitae.* Expositio super libellum Esther. *In prima tituli voce videtur adludi ad Esth.* IX, 19. & 22. ומשלוח מנות: *in altera forte ad nomen auctoris. Sed non vidi.*

מנחה בלולה MINCHA BELULAH, *Oblatio mixta* (ex Levit. IX, 4.) Commentarius in Legem. Auctor R. Abraham Menachem. Veronae, anno CCCLIV, in quarto.

מנחה חדשה MINCHA CHADASCHA, *Oblatio nova* (Levit. XXIII, 16.)

מנחת יהודה MINCHAS IEHUDA, *Oblatio Iehudae.* [ex Mal. III, 4.] Commentarius est super librum מערכת האלהות

האלהות / de quo mox. Auctor R. Iehuda חיות *Chaiiat*. Citatur in קנאי בינאי fol. 14 col. 1.

מנחת כהן MINCHAS KOHEN, *Oblatio ſacerdotis*. [ex Lev VI, 16.] Conlectanea Maſorethica in quinque libros Moſis. Auctor רבי יוסף הכהן *Rabbi Ioſeph haccohen*, filius R. שיניאי הכהן. Impreſſus בקורן נישמי/quod eſt סמוך לקושטנטינא *prope Conſtantinopolim*, anno CCCLVIII, Chriſti CIↃIↃXCVIII, in octavo.

(מנחת קנאות MINCHAS KENA'OS, *Oblatio zelotypiarum*, (ex Num. V.) R. Abbamari, bar Moſe. Cum anathema decretum eſſet in eos, qui Philoſophiae ſtudebant ante trigeſimum aetatis annum, Rabbi Salomonem, ben Adret, huius licentiae auctorem, & diſcipulos atque aſſeclas eius, hos Philoſophantes refellit hic Abbamari in hoc libro, in quo epiſtolas conlegit, ſuper hoc argumento ſcriptas elegantiſſime. Manuſcriptum habet Conſtantinopoli R. Iacob Romanus.)

מסעות ר' בנימין MASSAOS R. BINIAMIN, *Profectiones*, *Itinerarium* R. Beniamini. Circuivit pene univerſum mundum, & res memorabiles omnes, quas vel vidit, vel a fide dignis audivit, in eo libello deſcripſit. Liber eſt in octavo, excuſus olim Baſileae typis Frobenianis. Tale exemplar donavi ante paucos annos Ioſepho Scaligero, qui Bibliothecam ſuam pretio-

tioſiſſimam legavit Academiae Leydenſi. Latine redditus per Benedictum Arìam Montanum. Antvverpiae per Plantinum, anno clɔ lɔ LXXV. De novo eleganter recuſus, & Verſione Latina ac notis eruditis inluſtratus, opera Conſtantini L' Empereur, Lugduni Batavorum apud Elſevirios, an. clɔ l: CXXXIII, in octavo.

ספר המספר / (SEPHER HAMMISPAR, [*liber numeri*,] Arithmetica R. Abraham Aben Eſrae *MS.*) Vide ſupra מלאכת המספר.

מספר דברי שלמה MISPAR DIVRE SCHLOMOH, *Numerus verborum Salomonis.* Auctor R. Schlomo hallevi. Venetiis.

מוסר MUSAR, vel SEPHER HAMMUSAR, *Liber diſciplinae.* Liber celebris eſt, politicas & Theologicas virtutes tractans, ex Sacris literis & ſcriptis veterum. Auctor R. Iehudah, ben בלץ. Impreſſus Cracoviae, anno CCCLVIII, Chriſti clɔ lɔ XCVIII, in quarto. Donavi illum ante paucos annos Iohanni Druſio, amico meo magno, qui grato animo illud ſuperiori anno in adnotationibus ſuis in Nov. Teſtam. praedicans, mihi (ex rumore tunc mortuo) ſimul iuſta fecit, ſed gratia Dei me a ſaeviſſima iſta peſte, quae anno clɔ lɔ CX. Baſileam adfligebat, in hunc uſque diem ſalvum conſervavit, pro quo ſit nomen eius benedictum. (*Alius* eſt R. Iſaac Creſpin Diſciplina

plina ſeu moralis inſtitutio proſa & verſu. *MS.*)

מוסר השכל MUSAR HASSECHEL, vel, שורי SCHIRE MUSAR HASSECHEL, *Eruditio intellectus* (ex Proverb. I, 3.) Libellus parvus, continens elegantes ſententias morales ad virtutem & pietatem, metrice conſcriptus. Auctor R. Hai Gaon. Editus, & ſimul in Latinam linguam converſus eſt, a Ioh. Mercero Pariſ. apud Guilielmum Morelium, an. clɔ lɔ LXI, in octavo. Eſt etiam editus Venetiis.

מוסרי הפילוסופים Muſere happiloſophim, *Praecepta ethica* vel *moralia Philoſophorum.*

מסורת המסורת MASSORES HAMMASSORES. Liber Eliae Levitae, in quo univerſam maſorae rationem explicat, excuſus Venetiis, in quarto, & Baſileae, in octavo.

פירוש על המסורה PERUSCH AL HAMMASORA, *Explicatio Maſorae.* Libellus parvus eſt, continens explicationem quarumdam rerum ex maſora V. librorum Moſis, Auctor R. Iacob ben R. Iſaac. Lublini in octavo, anno CCCLXXVI. Chriſti clɔ lɔ CXVI.

(מסורת הברית MASSORES HABBERIS, *Maſora foederis* (ex Ezech. XX, 37.) Liber maſoreticus R. Meir Angel.)

מסורת תלמוד ירושלמי MASSO-

RES TALMUD IERUSCHALMI. Index eſt omnium rerum, quae in Talmud Hieroſolymitano tractantur. Auctor R. Iehuda Theſſalonicenſis. Impreſſus Conſtantinop. anno CCCXXXIII, id eſt, CIↃ IↃ LXXIII, in quarto.

(ספר מסורת SEPHER MESAROS, *Liber Maſorarum.* Oſtenditur in eo, non fruſtra aut fortuito, in Scriptura hanc vel illam vocem aut phraſin, toties reperiri, ut in Maſora notatur, ſed certa intentione & certis de cauſis illud ita factum eſſe, ut exemplis illic demonſtratur, & inluſtratur. Editus eſt liber a Ioſeph filio R. Samuelis ben Rei ſive Regis, Venetiis apud Iohannem de Gara, an. CCCLXVII, Chriſti CIↃ IↃCVII, in quarto.

מעין גנים MAIAN GANNIM, *Fons hortorum* (titulus ex Cantic. IV, 8.) Liber epiſtolicus eſt, continens quinquaginta epiſtolas Hebraicas familiares, nempe viginti quinque cum reſponſionibus ſuis. Stylus elegans & luxurioſus. Venetiis apud Bragadinum, anno שי״ג CCCXIII, Chriſti CIↃ IↃ LIII. in octavo. *Deinde* eſt alius huius nominis recens liber, Ioſephi del Medico, in quo continentur reſponſiones ad quaeſtiones quasdam Mathematicas, quas in libro אילם propoſuit. Amſterodami, in quarto.

מעיני הישועה MAIENE HAIESCHUAH, *Fontes ſalutis* (titulus ex Ieſa. XII, 3.) Commentarius in Danielem pulcer-

rimus

rimus R. Iſaac Abarbinelis, in quo multa diſputat contra Chriſtianos. Excuſus anno cccxi. Chriſti cIↃ IↃ LI, in quarto. Conſtantinopoli, ut puto: nam locus non eſt additus. Liber rarus.

מעלת המדות MAALAS HAMMIDDOS, *Praeſtantia virtutum.* Liber ethicus

(ספר מעלות SEPHER MAALOS. R. David conciones in Legem. *MS.*)

מעמדות MAAMADOS, vel, SEPHER HAMMAAMADOS, *Ordo ſtationum ſacrarum.* Cum Templum adhuc ſtaret, ſi quis peccaſſet noctu, adferebat ſacrificium mane; qui interdiu, veſpere, & tunc ſacerdos remittebat ipſi peccata. Poſtea ex quo templum dirutum, & ſacerdotes cum omnibus ſacrificiis ceſſarunt, loco ſacrificiorum realium, inſtituerunt ſacrificia labiorum, cum commemoratione tantum priſcorum ſacrificiorum. Nam perſuaſi, recordationem heic tantumdem valere, quam oblationem ipſam, ordinarunt triplicatas lectiones ſingulis diebus ſeptimanae, ex Bibliis, ex Miſchna, & Gemara, quas, qui ſanctiores eſſe volunt, quotidie recitant. Addiderunt huic officio excellens hoc elogium, וכל האומלם מובטח לו שהוא בן העו"ב *Quicumque dicit iſta quotidie, perſuaſum ipſi ſit, ſe eſſe filium vitae aeternae.* Venetiis cum brevi commentario an. cIↃ IↃ XCVIII, in octavo, & Veronae, Germanice

(מענה רך MAANE RACH, *Responsum molle* (ex Prov. XV, 1.) Auctor R. Menachem Rabba. Venetiis.)

מעריך המערכות MAARICH HAMMAARACHOS, *Digerens digesta.* Dictionarium est complectens omnes voces Hebraeas, Chaldaeas, Talmudico Rabbinicas, & Abbreviaturas Hebraeorum. Auctor Philippus Aquinas, Iudaeus conversus, & linguae Hebraeae Professor Lutet. Impressus Lutetiae Parisiorum, anno clɔ lɔ cxxix, in folio.

מערכת האלהות MAARECHES HAELAHUS, *Dispositio divinitatis.* Liber Cabalisticus celebris, circa quem postea R. Iehuda חייט *Chaiat*, id est, *sartor*, fecit commentarium (vide supra מנחת יהודה) Auctor putatur esse ר' פרץ הכהן *Rabbi Pereiz Sacerdos*, qui abbreviate dicitur הר"ף *Haraph.* Vixit circa annum clɔ cc xL. Impressus Mantuae, in quarto, an. cccxvIII, Christi clɔlɔ LvIII, & Ferrariae.

ספר המעשה SEPHER HAMMAASE, *Liber historiarum.* Est liber Hebraco-Germanicus, continens historias varias & iucundas, ex variis Iudaeorum libris depromtas, maiori tamen parte in ipso Talmud. Basileae apud Waldkirch, in quarto.

מעשה אפוד MAASE EPHOD, *Opus Ephod* (titulus ex Exod. XXVIII. 35.) Liber grammaticus celebris, cuius auctor, ut in titulo libri habetur, פרופט דוראן, qui vixit anno a creatione mundi 5154. hoc est,

eſt, Chriſti clɔ ccc xciv, & hunc librum conſcripſit in gratiam diſcipulorum R. Chaſdai. Liber eſt optimus, & praemiſſa eſt ei inſignis & docta praefatio, in qua de praeſtantia & utilitate ſtudii Biblici, & de variis aliis rebus eo ſpectantibus, erudite diſſerit. In Schalſcheles hakkabala, fol. 59. col. 1. vocatur ר' פריפיטן דורנטי / & dicitur, traditionem eſſe, eum aliquando defeciſſe a religione Iudaica, ſed iterum reſipuiſſe. Ab hoc libro vocatur communiter אפודי *Ephodaeus*, hoc eſt, Auctor libri Ephod. Numquam eſt editus: ego manuſcriptum eius exemplar accepi Conſtantinopoli a celebri illic & doctiſſimo Rabbino, Iacobo Romano, cuius amicitiam & benevolentiam mihi conciliavit Antonius Leger, oratori Belgico tum temporis a concionibus, vir a philoſophiae, linguarum variarum, & ſacrae Theologiae rara peritia, cum pari pietate coniuncta, eximius.

מעשה בית דוד בימי פרס MAASE BES DAVID BIME PARAS, *Resgeſtae domus Davidis temporibus Perſarum.* Liber Hebraeo Germanicus. Baſileae apud Waldkirch. in quarto. Agitur in eo quoque de fluvio Sabbation.

(מעשה חשב MAASE CHOSCHEBH, *Opus ſupputantis calculantis.* Opus Arithmeticum ſeu Geometriae R. Iſaac Alchadef. *MS.*)

מעשה יי MAASE ADONAI, Opus

pus Domini. Continet quatuor partes: opera Dei, Patrum, Mitzraiim; Thorah. Auctor R. Elieſer, Germanus, caput Synagogae in Polonia. Venetiis, anno CCCXLIII, Chriſti CIↃIↃ LXXXIII, in quarto. [infolio, cum indice quadruplici dictorum explicatorum, & uno ſententiarum Talmudicarum.]

(מעשה נסים MAASE NISSIM, *Opus miraculorum* (q. d. Opus R. Niſſim.) Expoſitio R. Niſſim in Pentateuchum. *MS.*

מפה על השלחן MAPPA AL HASSCHYLCHAN. *Mappa ſeu Tegumentum ſuper menſam.* R. Moſis Iſerle Scholia in librum Schylchan Aruch, edita Venetiis.)

מפעלות אלהים MIPHALOS ELOHIM, *Opera Dei* (titulus ex Pſ. LXVI, 5.) Liber eſt de mundi innovatione ſeu creatione, contra Ariſtotelem & alios, qui aeternitatem mundi aſſerunt. Auctor, Don Iſaac Abarbinel. Impreſſus Venetiis apud Iohannem de Gara, an. CCCCLII, Chriſti. CIↃIↃXCII. in quarto.

ספר מצות גדול. Vide in litera ס.

(מקדש מעט MIKDASCH MEAT, *Sanctuarium parvum* (titulus ex Ezech. XI, 16.) Expoſitio quarundam ceremoniarum Talmud. *MS.*)

מקוה ישראל MIKVE IISRAEL, *Exſpectatio, ſpes Iſraelis.* (ex Ierem. XIV, 8.) Cabaliſticus, quem compoſuit R. Iedaiah, filius

filius R. Schemaiah. (MS. *Alius* liber ritualis R. Iſrael, edit. Venet.)

מקח וממכר MEKACH UMEMCAR, *Emtio & venditio.* Auctor, רבי שמואל הכהן *R. Samuel ſacerdos*, filius חפני *Chophni*, qui obiit anno clɔ xxxiv. Citat eum Aben Eſra in Paraſcha יתרו *Iethro.* Iuchaſin, fol 130, col. 2. Editus eſt talis liber auctore ר' האי גאון Venetiis, unde videntur plures eſſe.

מקנה אברהם MIKNE ABRAHAM, *Peculium Abrahami.* [ex Gen. XIII, 7.] Grammatica Abrahami de Balmis, artium & medicinae doctoris, edita cum verſione Latina, Venetiis per Danielem Bombergum, anno clɔlɔxxiii. in quarto. De hoc Balmeſio Munſterus in praefatione in grammaticam Eliae ſic ſcribit: *Abraham de Balmis nihil aliud mihi agere viſus eſt, quam veterum doctrinam perpetuo convellere atque impugnare, magis in inſectando occupatus, quam in docendo. At in dubium tantum vocare priſcorum praeceptiones, cum interim nihil certi ſtatuas, non docere eſt, ſed ridere. Quin ſaepe ubi grammaticae regulae tradendae erant, ipſe prorſus ἀπροσδιονύσως, & velut oblitus argumenti, phyſicas rationes, & metaphyſica theoremata adfert, ut praeter Hebraiſmi phraſin, quam ex adpoſita verſione deguſtare licet, parum utilitatis alioqui ad lectorem ſit reditu-rum.* Haec ille. Verſio Latina, literam rigide perſequens, adeo obſcura & inepta eſt,

ut longe facilius Hebraea intelligas, quam Latina.

מקור חיים MEKOR CHAIIM, *Fons vitae* (titulus ex Pſalm. XXXVI, 10.) Auctor ר' שמול סרסא *R. Schemuel Sirſa*, qui floruit an. clɔ ccccxc. Eum Chriſtianus Gerſon in ſuo Talmud Iudaico (liber eſt Germanice ſcriptus) ſaepiſſime adducit. Audio eſſe Commentarium ſuper Aben Eſrae commentaria. Impreſſus eſt Mantuae, in fol. (*Alius* eſt R. Schelomoh ben Gavirol, Philoſophia *MS.*)

מקור חכמה MEKOR CHOCHMA, *Fons ſapientiae* (titulus ex Prov. XVIII, 4.) Vide ſupra in אמרי בינה.

מקרא קדש MIKRA KODESCH, *Convocatio ſanctitatis.* [ex Exod. XII, 16.] Liber, quo ſcopus & intentio omnium feſtorum allegorice explicatur. Auctor R. Ioſeph Samigah, Venetiis.

מראה כהן MARE COHEN, *Viſio ſacerdotis.* [ex Levit. XIII, 12.] Index praecipuorum capitum libri Sohar. Cracoviae, in quarto, [an. ccccxl ix, Chriſti clɔ lɔ lxxxix. compoſitus a R. Iſaſchar, ben Naphthali.]

מראות אלהים MAROS ELOHIM, *Viſiones Dei.* (titulus ex Ezech. I, 1.) Citatur ſaepe in Caphtor. Dicitur eſſe commentarius ſuper רבות. (Expoſitio eſt מרכבת ſeu *currus Ezechielis*, cuius auctor eſt R. Chanoch Conſtantinopolitanus. *MS.*)

מראות השתן MAROS HASCHTAN,

TAN, *Colores urinae.* Citatur in Schalſcheles, fol. 40, col. 1. Et Abarbinel in Danielem, fol. 70. col. 1. adducit ex eo, שהלובן אינו מראה אבל הוא שלילת המראות כלן *quod albedo non ſit color, ſed negatio omnium colorum.* Auctorem vocat יצחק הישראלי *Iſaacum Iſraelitam*, qui vixit circa annum clɔ cccx, ut eſt in Tzemach David. Agit de inſpectione & coloribus urinarum.

מראות הצובאות MAROS HAZZOVEOS, *Specula militantium*, (titulus ex Exod. XXXVIII, 8.) Commentarius in prophetas poſteriores per Moſen Elſchich. Venetiis, apud Iohannem de Gara, in folio.

מרדכי גדול MORDECHAI GADOL, *Mardochaeus magnus.* Compendia librorum Talmudicorum ſcripſit R. Mordochai ſive Mardochaeus, qui fuit diſcipulus R. Moſis de Kotzi, qui tamdem martyrio fuit adfectus Norimbergae, anno clɔ ccx. Excuſus Rivae de Triento, & Cracoiae anno CCCLVIII, Chriſti clɔ lɔ XCVIII, in folio. Exſtat etiam קצור מרדכי *Compendium Mardochaei.*

מרכבת יחזקאל MARKIVES IECHESKEL, *Currus Ezechiel.* Commentarius in primum caput Ezech. Auctor Rabbi Ioſeph Gecatilia, Cabaliſtica celeberrimus.

מרכבת המשנה MARKEVES HAMISCH-

MISCHNE, *Currus ſecundanus* (titulus ex Gen. XLI, 43)

מרכא לנפש MARPE LENEPHESCH, *Medicina animae.* Liber ethicus & moralis. Citatur ſaepe in libro Caphtor. Venetiis, in quarto. Auctor eſſe fertur R. Raphiel מגורצי. Invenio etiam מרפא הנפשות R. Ioſeph Barſellonii, qui translatus ex Arabico in Hebraeum. Itidem liber moralis.

מרפא לטון MARPE LASCHON, *Medelalinguae* (titulus ex Prov. XV, 4) Libellus grammaticalis eſt, in cuius ſecunda parte genera metrorum explicantur. Auctor ר׳ משה בן חביב *Rabbi Moſes ben Chavif.* Venetii apud Danielem Bombergum, anno clɔ lɔ xlɔi, in octavo.

משא מלך MASSA MELECH, *Onus Regis.* [x Hoſ. VIII, 10.] Ioſeph Aben Eſrae quaeſtiones rituales, editae Venetiis. Recens eſt ſcriptor.

משובב נתיבות MESCHOVEF NETIVOS, *Reſtituens ſemitas*, (titulus ex Ieſa. LVIII, 2.) Liber Cabaliſticus R. Samuel Mott, *MS. Alius* R. Moſe Cohen *MS.*

משבית מלחמות MASCHBIS MILCHAMO, *Ceſſare faciens bella* (titulus ex Pſalm XLVI, 10.) Ritualis R. Iſraelis, edit. Venetiis.

משכיות כסף MASKIIOS KESEPH, *Figurae Argenteae* (ex Prov. XXV, 11.) R. Ioſeph Caſpi expoſitio in More Nevochim. *MS.*)

משכן

משכן העדות MISCHKAN HAEDUS, *Tabernaculum Teſtimonii* (titulus ex Num 1, 50.) Conſcriptus a R. Schem Tof, Lugduno Gallo.

משל הקדמוני MESCHAL HAKKADMONI, *Proverbium antiqui.* Liber eſt rhytmicus, continens fabulas & apologos, conſcriptus להוריע כח לשון הקדש *ad oſtendendum uſum, elegantiam, & virtutem linguae ſanctae*, ut auctor Iuchaſin ſcribit. Dividitur in quinque partes, I, agit de laude intelligentiae & ſapientiae: II, de laudibus poenitentiae: III, de conſilio & prudentia: IV, de humilitate: V, de timore. Auctor R. Iſaac, filius Salomonis, qui obiit anno clɔ CCLXVIII, Liber rarus, in quarto.

משלי שלמה MISCHLE SCHLOMO, *Proverbia Salomonis.* Explicantur in eo omnis generis ſomnia. Auctor R. Gedalia, qui conſcripſit eum Immolae in Italia, an. clɔ lɔ LVII.

משלי שועלים MISCHLE SCHUALIM, *Adagia vulpium, fabulae vulpeculae.* Similis eſt praecedenti משל הקדמוני. Liber fabularum, ad virtutem & prudentiam comparandum directus, Auctor ר׳ ברכיה ברנטונאי הנקרן *R. Berachia Barentonius punctator.* Editus Mantuae, anno CCCXVII, Chriſti clɔ lɔ LVII, Liber rariſſimus.

משמיע ישועה MASCHMIA IESCHUAH, *Praedicator ſalutis* (titulus ex Ieſa.

Ieſa. LII, 7.) Explicantur in eo omnes Prophetiae, quae non poſſunt accipi de Templo ſecundo, vel ſpiritualiter, ſed tantum de redemtione futura. Auctor Abarbinel.

משנה vel משניות MISCHNA, vel pluraliter, SEPHER HAMMISCHNAIOS. Liber traditionum, ſive Legis ſecundae oraliter traditae. Hunc conlegit R. Iehudah hakkadoſch, ut in recenſione Talmud dictum. [pag. 246.] Separatim liber excuſus eſt ſine commentariis & cum commentariis. Commentati in eum ſunt Rambam, cuius explicationes operi Talmudico poſt ſingulos libros inſertae ſunt. Deinde, רבי עובדיה מברטנורא R. *Obadias de Bartenora*, quae expoſitio excuſa in folio anno clɔ lɔcvi. Simpliciter adpellatur a Iudaeis Bartenora, & vehementer commendatur. Editae ſunt hae Miſchnaios cum utriusque Rambam & Bartenorae commentario, elegantiſſimis typis & charta, Venetiis apud Sanetum anno cccLxvi, Chriſti clɔ lɔ cvi, in folio. Tertio excuſae ſunt Miſchnaios in octavo, cum brevibus Scholiis, valde commode & utiliter: vide ſupra in כף נחרת. [Nuper vero elegantiſſimis typis magnoque ſumtu hoc iuris Hebraici Syſtema Amſtelodami, in folio, diverſis voluminibus, evulgatum eſt cum verſione omnium tractatuum Latina, & commentariis R. Obadiae de Bartenora, & R. Maimonidis, in ſermonem pariter converſis Latinum, cura & opera viri in hoc litera-

rarum

rarum genere verſatiſſimi, Guilielmi Surenhuſii, Linguarum Orientalium apud Amſtelodamenſes hodienum profeſſoris, qui varias virorum doctorum verſiones & commentaria, quae iamtum in librum Misnaios exſtitere, congeſſit, codices etiam nondum converſos ipſe Latinitate donavit, ſuisque adnotatiunculis inluſtravit.]

משנה תורה MISCHNE TORAH, *Repetitio Legis.* Liber in folio magni pretii & magnae auctoritatis, auctore Ioſepho Karo. Continet traditiones Talmudicas & Legem oralem. Venetiis, anno cccxxxvii, id eſt, clɔ lɔ lxxvii.

משנה תורה להרמבם MISCHNE TORAH LEHARAMBAM. Eſt liber יד *Iad* Maiemonidis, de quo ſupra.

משפט צדק MISCHPAT ZEDEK, *Iudicium iuſtitiae.* Commentarius in Iobum R. Obadiae Saforno.

משפטי שבועות MISCHPETE SCHEVUOS, *Conſuetudines iuramentorum.* Auctor ר' האיי גאון *R. Hai Gaon.* Venetiis.

משפטי שמואל MISCHPETE SCHEMUEL, *Iudicia Samuelis*, R. Samuel Alcali expoſitio in loca quaedam Talmudica, edit. Venetiis.)

משקל MISCHKAL, vel SEPHER HAMMISCHKAL, *Liber ponderis.* Auctor R. Schem Tof, Lugdunenſis Gallus, qui obiit

obiit anno clɔ cc xc i i i. Videtur esse prosodia, vel poeticus liber.

משרא קטרין MESCHARE KITRIN, *Solvens nodos*, (titulus ex Dan. V, 12.) R. Abraham Levi, de suppuratione septimanarum Danielis, edit. Constantinopoli, ubi probatur Iudaeis ibi agentibus.

משרת משה MESCHARES MOSCHE, *Minister Mosis.* [ex Num. XI, 28.] R. Galonymi, pro R. Mose Ægyptio concionesseu orationes. *MS.*]

מתוק לנפש MASOK LANNEPHESCH, *Dulcedo animae* (titulus ex Prov. XVI, 24.) Liber mysteriorum de anima. Paradiso, inferno, &c. Venetiis, anno ccc lxv i i, in octavo.

מתנות MATTANOS, vel. SERHER HAMMATTANOS, *Liber donorum.* Auctor R. Ascher.

מתנות כהונה MATTANOS CEHUNNAH, *Dona sacerdotii.* Commentarius super Rabbos, de quo libro vide supra in בראשית רבה.

משורגמן MESURGEMAN, *Interpres.* Lexicon Chaldaicum Eliae Levitae, impressum Coloniae apud Birckmannum, anno clɔ lɔ lx.

נ

(נהר פישון NEHAR PISCHON, *Fluvius Pischon.* [ex Gen. II, 11.] Conciones Rabbi Isaac Avuhaf , editae Constantinopoli.)

נובלות חכמת NOVELOS CHOCHMAH , *Decidui fructus sapientiae.* Liber Cabalisticus : auctor R. Ioseph del Medico , ex Candia. In quarto. anno ↄlↄlↄcxxxi.

נוה שלום NEVE SCHALOM , [*mansio pacis.*] (titulus ex Iesa. XXXII, 18.) Liber philosophicus , Theologicus , physicus , metaphysicus , complectens doctrinam ex omnibus scientiis conlectam , & innumeras quaestiones ex Aristotele tractans , partim eas refutans, partim explicans. Saepissime citatur in libro Caphtor. Auctor ר' אברהם שלום *R. Abraham Schalom.* Impressus Venetiis apud Iohannem de Gara , anno cccxxxv , Christi ↄlↄlↄ LXXV. Hoc me nuper donavit , Thomas Erpenius , amicus meus e primis , Arabicae linguae & aliarum orientalium in Academia Leydensi Professor , cuius studiis & laboribus Deus benedicat.

ספר הנוח SEPHER HANNUACH, *Liber quietis.* Est liber grammaticus , cui tres alii adiuncti , quibus , ceu quatuor partibus

tibus, grammatica absolvitur. Hic agit de literis quiescentibus. Alter est ספר הכפל SEPHER HAKKEPHEL, *Liber duplicationis.* Hic videtur agere de verbis duplicantibus secundam radicalem. Tertius, ספר הנקוד SEPHER HANNIKKUD, *Liber punctationis.* Videtur agere de vocalibus, & vera punctatione vocum. Quartus, ספר הרקחה SEPHER HARKACHAH, *Liber condimenti* seu *conditurae.* Auctor R Iehuda, Arabs Fessanus, cognominatus חיוג *Chiiug*, Aben Esrae, & R. David Kimchio saepe laudatus, & adpellatus ראש המרקדקים, [*princeps grammaticorum.*]

נחל עדנים NACHAL ADANIM, *Torrens voluptatum* (ex Psal. XXXVI, 9.) Liber ignoti argumenti, Misser David.)

נחלת אבות NACHALAS AVOS, *Hereditas patrum* (ex Proverb. XVIII, 14.) Liber Pirke avos cum commentariis Rambam, & Don Isaac Aba binelis. Venetiis in quarto.

נחמת בואיציאו NECHAMAS BOEZIO, *Consolatio Boetii.* Libellus Boetii de Consolatione Philosophiae, elegantissime, ut audio, in linguam Hebraeam translatus a R. Samuele, ben Banschat.

נימוקי יוסף NIMMUKE IOSEPH, *Observationes* vel *adnotationes Iosephi.* R. Ioseph Chavif adnotationes in R. Alpheli. Huius pars tantum minima edita est Savionetae & Cracoviae: longe plura habentur in Manuscri-

nuſcriptis, quale exemplar habet R. Iacob Romanus, Conſtantinopoli.)

נפוצות יהודה NEPHUZOS IEHUDAH, *Diſperſiones Iehudae* (titulus ex Ieſa. XI, 12.) conciones LII. R. Ioſephi Muſcati. Venetiis, in quarto.

(נפש אדם NEPESCH ADAM, *Anima hominis.* Liber ignoti argumenti, Rabbi Ioſeph Moubner. MS.

נפש דוד NEPESCH DAVID, *Anima Davidis.* Itidem ignoti argumenti liber Miſſer Davidis. MS.)

נפש החכמה NEPHESCH HACHACHAMAH, *Anima ſapiens.* De anima eiusque facultatibus, & ſtatu poſt hanc vitam. Baſileae apud Waldkirch, in quarto.

נופת צופים NOPHES ZUPHIM, *Stillatio favorum* (ex Pſal. XIX, 11.) Conſtantinop. in quarto. (Eſt Rhetorica Miſſer Leonis, edita Coloniae. *Alia* edita Conſtantinopoli, R. Iſaac Alfuel, varia & vana.)

נצח ישראל NEZACH IISRAEL, *Æternitas Iſraelis.* (titulus ex 1. Sam. XV, 29.) Liber agens de certitudine & neceſſitate redemtionis Iſraelitarum ex praeſenti captivitate, de adventu Meſſiae, de dignitate Iſraelitarum, & ipſorum perpetuitate. Auctor vocatur R. Iuda.

נצחון NIZZACHON, *Victoria*, Liber victoriae. Plures ſunt huius nominis libri, contra Chriſtianos, & hiſtoriam Evangelicam.

cam. *Primus* eſt antiquior, ultra trecentos & amplius annos antiquitatis, cuius auctor vocatur ר׳ מתתיה R. *Mattaiah*. Hunc ex bibliotheca Oſiandri nactus, edere ac ſimul refutare inceperat vir laudatiſſimae memoriae, D. Guilielmus Schikardus, amicus olim noſter e primis: ſed mors praematura laborum perfectionem nobis invidit. *Alterius* auctor eſt R. Lipman Mülhuſinus, circa annum Chriſti cIↃ CCCCLIX, [ut tradunt R. David Gans in Zemach, fol. 60, a. & Zacutus in Iuchaſin, fol. 194, b. *Cl.* tamen Hackſpanius eum fuiſſe compoſitum cenſet circa annum Iudaicae computationis 5159, i. e. Chriſti cIↃ CCC XCIX; idque ex ipſa libri adpendice, ubi hunc numerum verbis plenis planisque expreſſum iuvenerat, probat. Celeberrimus Wagenſeilius, qui diriſſimae huius ſcriptionis ſolidiſſimam prolixamque confutationem evulgavit, animi pendet, utra chronologia verior ſit: putat enim, in aliis codicibus Lipmanni poſt expreſſum millenarium קנט, in aliis ריט olim lectum fuiſſe, & fortaſſe etiamnum legi, ac literas קנ eum רי, ſive has cum illis, ob maximam ſimilitudinem, quam incurrente, ut vocant, ſcriptura habent, paſſas eſſe commentationem.] Hunc Munſterus olim habuit, & ex eo plurima transſcripſit, & refutavit in Evangelio ſuo Hebraico. Eius exemplar, in pergameno manuſcriptum, & nos ante aliquot annos nacti ſumus. Hic expreſſe contra hiſtoriam

ſtoriam Evangelicam eſt directus. (Tertius etiam diſputationem continet contra Chriſtianos, auctore R. Ioſeph Kimchi, patre R. Davidis. MS.)

ספר הנקוד SEPHER HANNIKKUD. *Liber punctationis*, ſeu, de punctandi arte per vocales. Vide ſupra in נוח. Eſt & *alius* huius nominis Cabaliſticus, quem ſcripſit magnus ille Cabaliſta רבינו אהרן / [*Rabbenu Aharon*,] caput Academiae בבל / [*Babilonicae.*]

(נקודות הכסף NEKUDDOS HAKKESEPH, *Puncta argentea* (ex Cant. I, 11.) Explicatio Cantici Canticorum, R. Abraham Laniada, edita Venet.)

נר מצוה NER MIZVAH, *Lumen praeceptum* (ex Proverb. VI, 22.) Liber concionum. Venet. (Auctor R. Samuel Cohen. *Alius* eiusdem nominis eſt index in libros Talmudicos, editus Conſtantinopoli.)

נורא תהלות NORA TEHILLOS. *Venerandus laudibus* (ex Exod. XV, 11.) (Eſt Commentarius in Pſalmos, R. Ioel, ben שועיב / edit. Conſtantinopoli.)

נשמת אדם NISCHMAS ADAM, *Anima hominis*, (ex Prov. XX, 27.) Tractatus de anima & eius facultatibus. Hanoviae, in quarto.

ס

סאה סאין SEA SOLES. *Sea similae.* [ex 2. Reg. VII, 1.] Liber ethicus. Auctor eius fertur esse R. Raphael מנורצי. Ven. in quarto.

סבוב העולם SIBBUF HAOLAM, *Circuitus mundi.* Itinerarium est Pesachiae Ratisbonensis, quod Hebraice & Germanice excusum Pragae, in quarto. Hebraicum, una cum Itinerario Beniamini, donavi antehac Iosepho Scaligero. [in Latinum sermonem translatum est, in Anglia a Celeberrimo Hyde, & in Germania a doctissimo Wagenseilio.]

(סגלת מלכים SEGYLLAS MELACHIM, *Peculium regum*, (ex Eccles. II, 8.) grammatica ms Misser David. MS.

סדר אליהו SEDER ELIIAHU, *Ordo*, i. e. *Chronologia Eliae.* R. Eliae Capsali Historia universalis sui temporis, MS.)

סדר הגדה של פסח SEDER HAGGADAH SCHEL PESACH, *Ordo rituum festi Paschatis*, Venetiis anno CCCLXIX, id est, cIↃ IↃCIX, in fol.

סדר היום SEDER HAIOM, *Ordo diei.* Ritus Iudaeorum Turcicorum in synagogis suis.

סדר העבור SEDER HAIBBUR, *Ordo intercalationis.* Auctor ר׳ דוד אבוררהם *R. David Avudraham*, qui scripsit eum an. clɔ cccxli.

סדר עולם רבא SEDER OLAM RABBA, *Ordo mundi maior*, id est, Chronicon mundi maius. Tractatur historia mundi usque ad tempora Adrianī, qui bello subegit Cosibam, Messiam falsum, quod lii. annis post excidium templi accidit. Auctor libri putatur ר׳ יוסי בן חלפתה *Rabbi Iose*, *ben Chi'phetа*, qui circa annum Christi cxxx vixit, fuitque praeceptor R. Iudae sancti, auctoris libri Mischnaios. Videtur seipsum in fine libri prodere, dum inquit, אמר רבי יוסי / *Inquit R. Iose.* [Primo editus fuit hic liber cum versione Latina Sebastiani Munsteri, Basileae, clɔ lɔ xxiv, in quarto. Iterum excusus Hebraice, Venetiis, anno cccv, minoris supputationis, Christi clɔ lɔ xlv, in aedibus M. Antonii Iustiniani, pariter in quarto. Novam quoque editionem Hebraicam procurant anno cccxl, Christi clɔ lɔ lxxx, Ambrosius Frobenius, typographus Basileensis. Hic idem eumdem librum eodem anno cum versione Latina, e regione textus Hebraici, a G. Genebrardo adornata, exscripsit. Sed & nuper admodum, anno videlicet clɔ lɔ cxcix, hoc chronicon, una cum minori, Latine convertit, & perpetuo prolixoque commentario inlustravit doctissimus Ioannes Meyer, in

academia Harderovicenſi Profeſſor celeberrimus.]

סדר עולם סוטא SEDER OLAM SUTA, *Chronicon mundi minus.* Auctore ejus incertus. Ex principio libelli videtur, auctorem vixiſſe circa annum Chriſti clɔc xxiv. Scribit enim: *A vaſtatione Templi uſque nunc efflüxerunt anni* clɔ liii, quibus ſi addantur anni praecedentes a nato Chriſto, erit praedictus numerus. At iſti repugnat finis libri, in quo deſinit auctor in hiſtoria Mar Sutrae, qui aſcendit in terram Iſraelis anno a vaſtato Templo quadrintegeſimo quinquageſimo ſecundo, qui eſt annus Chriſti quingenteſimus vigeſimus ſecundus. Poſt Mar Sutram ponit adhuc octo generationes. Interſunt ergo inter priorem numerum & ultimum ſexcenti duo anni, quos nullo modo octo illae aetates poſt Mar Sutram exhibere poſſunt, & ſi diutiſſime producantur, vix dimidium iſtorum annorum conſtituent. Praeterea, quod ſi praedicto anno clɔcxxiv, vixit & ſcripſit, ſupra modum mirandum eſt, quod nullarum perſonarum recordetur, qui praecedentibus ſeculis vixerunt, quales fuerunt doctores, quos *Geonim* adpellarunt, item Rabbi Scherira, Rabbi Saadia, & alii plures, quorum fama per totum mundum exiverat. Eſt autem moris hiſtoricorum, ut hiſtoriam ſcribant uſque ad ſua tempora. Videtur ergo Hebraeis, iſta verba in principio libri ab aliquo iſtius temporis ad marginem

ginem adscripta fuisse, quae postea per imprudentem historicum in textum relata.

[סדר תיקוני שבת SEDER TIKKUNE SCHABBAS, *directorium*, sive *rituale Sabbathicum*, cum interpretatione mystica & Cabalistica R. Iacob, filii Raphaelis, Levitae Bosniensis. Impressus Hervordiae, in quarto, an. CIↃIↃCLII.]

(ספר הסוד SEPHER HASSOD, *Liber arcani.* R. Ioseph Caspi expositio in Pentateuchum. MS.)

סוד התורה SOD HATTORAH, *Secretum Legis.* Liber Cabalisticus, auctore R. Abraham Aben Esra, cuius meminit Reuchlinus, lib. 1. Cabalae.

סוד יי SOD ADONAI, *Secretum Domini.* [ex Ps. XXV, 14.] Cabalisticus. Auctor R. Bechai.

סוד המרכבה SOD HAMMERCAVAH, *Secretum quadrigae.* Liber Cabilisticus, in quo currus Ezechielis cabalistice explicatur, ac simul multa mysteria continet de Paradiso & inferno. Manuscriptus exstat apud Danielem Schvventerum, virum in his literis doctissimum, Altorfii professorem.

(סוד הסודות SOD HASSODOS, *Arcanum arcanorum*, vel, *consiliorum.* Fertur esse liber de consiliis, consiliariis, &c. ab Aristotele Alexandro missus, olim ex Graeco in Arabicum, postea ex Arabico in Hebraeum translatus. MS.)

סוד שם המיוחד SOD SCHEM HAMIUCHAD, *Secretum nominis, Dei proprii.* Exſtat manuſcriptus.

סור מרע SUR MERAH, *Recede a malo* (titulus ex Pſal. XXXIV, 15.) Libellus parvus de luſu, forma duorum conloquentium conſcriptus, quorum alter luſum defendit, alter reprehendit & condemnat, lectu iucundus. Venetiis apud Iohannem de Gara, anno נשמחה CCCLV, Chriſti CIↃ IↃ XCV, in octavo.

(סיג לתורה SEIAG LETHORAH, *Sepes Legis.* Maſſora R. Meir Hallevi. MS.)

סליחות SELICHOS. Liber precum quarumdam ſic adpellatur, quibus utuntur in feſtis principalibus, & appellantur סליחות quia pro miſericordia & remiſſione peccatorum tantum ſunt inſtitutae. In omnibus formis liber excuſus eſt, quia eius magnus uſus. Eſt & cum brevibus glosſis editus. Scaliger manuſcriptum in membranis reliquit. In tale exemplar incidi & ego his diebus, in quo amarulenta quaedam contra Chriſtum & Chriſtianos deprehendi, quae in impreſsis omiſſa. In folio impreſſus eſt Pragae, & ibidem etiam Hebraeo-Germanice.

סמדר SEMADAR. Elias citat eum in praefatione tertia Maſoreth.

(סמיכת זקנים SEMICHAS SEKENIM, de *χειροθεσία ſeniorum* ſ. ritu impoſitionis manuum ſeniorum. Diſceptatio duo-

duorum Rabbinorum de quibusdam praeceptis ritualibus, edit. Venetiis.)

[ספר טוב הארץ SEPHER TUBH HAARETZ, *Bonitas terrae.* Liber Cabalisticus. Auctor Nathan Spira, Hierosolymitanus, i. e. natus patre Germano Spirensi (qui Cracovienſis postea fuit) Hierosolymis. Agit de terrae sanctae privilegiis Ornamentum, cupprimis instrumentorum omnium, quae in templo fuere, usun & significationem mysticam proponit. Pdsedit cum cl. Hottingerus ex ipsius auctoris, a Iudaeis Hierosolymitanis in Germaniam missi, donatione, uti testatur ipse de *Bibliothecis Orient.* cap. I, pag. 35.]

ספר מצורת גדול SEPHER MITZVOS GADOL, *Liber praeceptorum magus*, qui vulgo etiam dicitur סמ"ג / ut est in Abbreviaturis positum. Auctor ר' משה מקוצי *R. Moses Koizensis*, Venetiis in fo. an. clo lo xxii.

ס"מק SEMAK, id est, SEPHER MTZVOS KATON, *Liber praeceptorum prvus.* Vide עמודי גדולת.

ספרי / ספרא SIPHRA, SIPHRE. Duo libri antiquisimi sunt incertorum auctorum. Maiemon in praefatione sua in Talmud, Abarbinel in praefatione libri sui נחלת אבות / item auctor libri שבילת אמונה auctorem faciunt Raf, qui fuit discipulus R. Chaiae, & R. Iudae Iadoschi. R. Abraham in libro Iuchasin, fol. 60. scribit,

bit, auctorem eius esse R. Iehudam, filium אלעאי *Elai*, qui aliquot annis istum Raf antecesit. Probabile est, R. Iehudam doctrinae auctorem esse, quae a discipulis accepta, paulo post per Raf peculiari libro publicata est, ut saepe discipuli praeceptorum labores in publicum edere solent. Est autem *Siphra* commentarius in Leviticum, & alia vocatur תורת כוהנים TORAS COHANIM, *Lex Sacerdotum*: *Siphre* commentarii in librum Numerorum & Deuteronion, ut scribit R. Samuel hannagid, in מבוא הגמרא *Introductione in Gemaram*, quæ libro *Halichos olam* adiuncta. Similiter scribit Baal Aruch in ספר secunda; ספרא וספרי פי' ספרא נקרא תורת כוהנים שהוא ספר ויקרא לבדו ספרי הוא וישלחו שהן שני חומשין hoc est, ספרא & ספרי: *Siphra vocatur Torat cohanim, Liber nempe Levitici solus: Siphre est* וישלחו / *duo scil. libri Pentateuchi. Existimo autem hunc locum esse corruptum: nescio enim quid sibi velint hae duae voces* והוא ושלחו *sensus tamen videtur liquere. An forte ut primus* ספרא *vocatur etiam* תורת כהנים *sic alter* ספרי *etiam vocatur* וישלחו? *Quibus librorum illorum copia est, sententiam ferre pierunt.* Mentio horum duorum librorun fit in Talmud Kidduschin, cap. 2, fol. 49 col. 2. ad quem locum R. Salomonis gloh est; ספרא וספרי הן הלכות של מרש של סב ויקרא *Siphra & Si-*

Siphre ſunt commentationes allegoricae libri Leuitici. Auctor *Siphre* ſtatuitur R. Schimeon, ben Iochai. unde in Iuchaſin, fol. 36. ſcribitur, סתם ספרא ר"ל תורת כוהנים רבי יהודה סתם ספרי רבי שמעון *Abſolute Siphra*, id eſt, *Toras cohanim*; *intelligitur R. Iehuda*: abſolute *per Siphre*, *intelligitur R. Schimeon*, ben Iochai. In libro הליכות עולם fol. 6. auctor ſtatuitur R. Iiſchmael, diſcipulus R. Iehudah ſancti. Quicquid ſit, a diſcipulis iſtius Rabbi Iehudae uterque provenit ccxx. annis circiter poſt Chriſtum. Impreſſi ſunt Venetiis, in folio.

ע

עבודת הלוי AVODAS HALLEVI, *Miniſterium Levi.* Explicatio 613. praeceptorum Moſaicorum. Auctor fertur eſſe הרמ"בן / [*Moſes, ben Nachman.*]

עבודת הקדש AVODAS HAKKODESCH, *Miniſterium ſanctum.* Auctor eius רש"בא / qui vixit anno cIↃ CCLXXX, & complures libros ſcripſit. Eſt & *alius* liber eiusdem nominis, impreſſus Cracoviae, anno CCCXXXVII, id eſt, Chriſti CIↃIↃLXXVII. in folio min. & Mantuae anno CCCV, in quarto. Diſtinguitur in quatuor partes: 1. de Deo eiusque unitate: 2. de cultu Dei: 3. de

fine

fine hominis totiusque creationis : 4. de secretis legis Divinae. Amicus quidam ad me scribit, se multa & notatu digna de Trinitatis mysterio in eo inveniſſe, & auctorem praeferre: הרב האלהי כמה"ר מאיר בן נבאי זלה"ה. [Menaſſe auctorem eius, qui creditur fuiſſe R. Meir, ben Nabbaei, inter ſcriptores refert Cabaliſticos.]

(עובר לסוחר OVER LASSOCHER, *Transſiens apud Mercatorem* (ex Geneſ. XXI, 16.) Arithmetica R, Menachem Tziion Port. Venetiis apud Petrum Aloyſium & Laurentium Bragadinum, an. CCCLXXXVII, Chriſti clɔ lɔ XXVII, in quarto,)

עיבור IBUR, vel, SEPHER HAIBBUR, *Liber intercalationis.* Auctor ר' אברהם הנשיא *R. Abraham princeps*, aſtronomus inſignis. Eſt & *alius* eiusdem argumenti עיבור שנים IBBUR SCHANIM, *Intercalatio annorum.*

עברונות EVRONOS, *Intercalationum* liber. De ſolſtitiis, aequinoctiis, de lunae motu, & menſibus, & totius calendarii ratione agit. Impreſſus Rivae de Trento, anno שכ"א CCCXXI, Chriſti clɔ lɔ LXI, in quarto.

עגלות רעיונות. Liber quem compoſuit Iſmaelita quidam, continens reſponſionem ad quaeſtiones ſeptem Philoſophicas ab amico ei propoſitas. Exſtat Arabice & Hebraice.

(עדות לישראל EDUS LEIISRAEL,

Te-

Teſtimonium Iſraeli (ex Pſ. CXXII, 8) R. Schelomoh ben Menachem, in librum Coſri, expoſitio. MS.)

עדן גן אלהים EDEN GAN ELOHIM, *Eden hortus Dei.* Cabaliſticus, cuius auctor רימבן. [R. *Moſes ben Nachman.*]

עזר ESER, vel SEPHER HAESER, *Liber auxilii.* Auctor R. Meir, de Trinketalia.

עזר האמונה ESER HAEMUNAH, *Auxilium fidei.* Auctor R. Moſes ſacerdos ex Torſilia. Floruit anno Chriſti cIↃ CCC LXXV.

עט סופר ET SOPHER, *Stilus ſcribae* (ex Pſalm. XLV, 2.) Libri grammatici nomen, cuius auctor R. David Kimchi. Meminit eius Elias in fine libri Maſoret.

עיטור ITTUR, vulgo BAAL ITTUR, *Author libri Ittur.* Compoſuit eum R. Iſaac bar Abba Marſilius, anno Chriſti cIↃCLXXXII. Iuchaſin. fol. 132. 1. Scripſit & alium, qui vocatur עיטור סופרים *Coronatio ſcribarum.*

עטרת זקנים ATERES SEKENIM, *Corona ſenium* (ex Prov. XVII, 6.) Commentarius eſt ſuper illum locum: *Ecce ego mitto angelum meum coram te*, Exod. XXIII, 20. Auctor Don Iſaac Abarbinel. Impreſſus Savionetae, anno CCCXVII, Chriſti cIↃIↃLVII, in quarto.

עין IIUN, vel, SEPHER HAIIUN, *Liber contemplationis.* Cabaliſticus eſt, cuius memi-

minit Reuchlinus, lib. I. Cabalae. Auctor ר׳ עמאי *R. Ammai.* In fine libri Iezirah attribuitur R. Bechai.

עין הקורא EN HAKKOREH, *Oculus lectoris* (ex Iudic. XV. 19.) Liber grammaticus est, quem laudat Elias in fine libri sui Masoreth, inter Abbreviaturas, in יה"בי / ubi vide. An impressus sit, nescio: manuscriptum habeo. (Alius est R. Iose, ben Schem Tof, (qui pater eius, qui exposuit librum More.) Regulae concionatoribus observandae. MS.)

עין יעקב EN IAACOB, *Oculus Iacobi,* [forte rectius *fons Iacobi*, & tunc titulus desumtus videri posset ex Deut. XXXIII, 28.] vel, עין ישראל EN IISRAEL, *Oculus Israelis.* Liber celebris est, cuius altera pars בית יעקב BES IAACOB, *Domus Iacobi.* Complectitur historias Talmudicas iucundiores, cum duplici commentario. Venetiis in fol. apud Marcum Antonium Iustinianum, anno ש"ן cccvii, Christi cIↃ Ↄxlvii, quae editio elegans. Deinde auctior rebus & notis, in urbe פרוסטיץ *Prostuz*, quae in Austria vel finibus Moraviae, ut puto, sita.

עיני משה ENE MOSCHE, *Oculi Mosis.* Commentarius in librum Ruth. Auctor R. Mosche Alschich, Venetiis apud Ioh. de Gara, in quarto.

עיני העדה ENE HAEDAH, *Oculi coetus.* Auctor R. Iochanan Alleman. Est autem commentarius in Legem.

עיר גבורים IR GIBBORIM, *Civitas fortium* (ex Prov. XXI, 22.) Homiliae ſunt ſuper Legem. Auctor R. Ephraiim, caput ſynagogae Lemburgenſis, Baſilcae, anno clɔ lɔ LXXX.

עיר דוד IR DAVID, *Urbs Davidis.* Commentarius in Legem. Auctor R. David Provincialis. Meminit eius R. Aſarias in מאור עינים fol. 151. 1. (Praeter hunc eſt adhuc alius Miſſer Davidis, ignoti argumenti.)

עולת יצחק OLAS IITZCHAK, *Holocauſtum Iſaaci.* Liber novus deciſionum iuridicarum. Pragae, anno CCCLXVIII, Chriſti clɔ lɔC VIII, in quarto.

עולת שבת OLAS SCHABBAS, *Holocauſtum Sabbathi* (ex Num. XXVIII, 10.) Commentarius in Pentateuchum: auctor eius fertur eſſe ר' בן שועיב. Conſtantinopol.

עולת תמיד OLAS TAMID, *Holocauſtum iuge.* [ex Exod. XXIX, 42.] Commentarius eſt in totam legem פילוסופיי *Philoſophicus.* Venetiis in fol. an. CCLXXXVI. Chriſti clɔ lɔ XXVI, auctor R. Moſche אלבילדה Albilda.

(עללות אפרים OLELOS EPHRAIIM, *Racemationes Ephraimi*, (ex Iudic. VIII, 2.) Liber Sermonum ſive Concionum. Auctor R. Ephraiim. Liber eſt editus.

עולם קטן OLAM KATON, *Mundus*

dus parvus, Microcosmus. Philosophia R. Ioseph antiquissima, scripta ante Mosen Ægyptium. MS.

עמוד הכסף AMMUD HAKKESEPH, *Columna argenti.* R. Ioseph Caspi expositio in quosdam Sacrae Scripturae libros.)

עמודי גולה AMMUDE GOLAH, *Columnae exilii.* Est liber praeceptorum parvus, unde vulgo adpellatur ס"מק / id est, ספר מצורת קטן *Sepher mitzvos katon.* Auctor ר' יצחק בר יוסף מקורבייל *Rabbi Iizchak, filius R. Ioseph Corbeiensis.* Impressus primum Cremonae in Italia, & postea Cracoviae anno clɔ lɔ xcvi. Additae sunt concordantiae Biblicae, Talmudicae, ex Arba turim, ex Rambam, ex R. Mosche Mikkotzi; item notae & explicationes variae. Obiit anno Christi clɔccLxx.

עמודי שלמה AMMUDE SCHLOMOH, *Columnae Salomonis.* Commentarius est in librum Praeceptorum magnum. Auctor R. Salomon Luria.

עמק ברכה EMEK BERACHAH, *Vallis benedictionis* (titulus ex 2. Chron. XX, 26.) Cracoviae, in quarto.

(עמק החרוץ EMEK HECHARUTZ, *Vallis excisa,* (ex Hos. I, 5.) Grammatica Hebraea manuscripta.

עמק רפאים EMEK REPHAIM, *Vallis giganium* (ex Ios. XV, 8.) Liber R. Cain

Cain Gallipapa, de Messiae adventu, ut nonnulli referunt.

עמק השרים EMEK HASSIDIM, *Vallis Siddim*, (ex Genes. XIV, 8.) Auctor R. Abraham Levi Aben Megas MS.)

עמוקי הלכה AMUKE HALACHAH, *Profunditates halachae.* Explicatio halacharum difficiliorum in Talmud.

עסיס רמונים ASIS RIMMONIM, *Expressus succus malogranatorum* (titulus ex Cantic. VIII, 2.) Compendium libri Cabalistici, *Pardes rimmonim*, utile pro incipientibus in Cabala. Auctor ר' מנחם עזריה מפאנו *R. Menachem Asarias Mippano*, Mantuae, anno clɔlɔcxxiii, in quarto.

עץ חיים ETZ CHAIIM, *Lignum vitae.* Explicantur in eo omnes quaestiones de revivificatione mortuorum. Auctor R. Gedalia. (Plures sunt. *Alius* enim est R. Aharonis Karaitae, de Articulis fidei, iuxta mentem Karraitarum, qui mortuorum tamen resurrectionem profitentur. *Alius*, R. Abraham Bivasch, Philosophicus, MS. *Alius*, R. Ezechiae Romani, Constantinopolitani Rabbini, Grammaticus. MS.)

(עצמות יוסף AZMOS IOSEPH, *Ossa Iosephi.* [ex Ios. XXIV, 32.] Quaestiones & responsiones rituales R. Ioseph ben Esra, recentis auctoris Thessalonicensis, edit. Venet.)

עקדת יצחק AKEDAS IITZCHAK, *Ligatio Isaaci.* Commentarius in Legem &

quinque libellos, Philoſophico-Theologicus, refutans Ariſtotelem de mundi aeternitate, & in multis aliis quaeſtionibus. Plurima quoque ex libris ethicorum adducit. Liber excellens, & multiplicis doctrinae. Auctor ר' יצחק בן עראמה *R. Iſaac, ben Aramah*, anno clɔ cccc xc. cuius nepos poſtea ſcripſit Peruſch in Ieſaiam & Ieremiam, quem adduximus in litera א. In quibusdam libris ſcribitur ערמאה *Armaa*. Liber excuſus primum Venetiis, apud Iohannem de Gara, an. שלג cccxxxiii, Chriſti clɔ lɔ lxxiii.

עקרים IKKARIM. Liber *fundamentorum*, ſcil. fidei. Liber admodum celebris eſt, fundamenta religionis Iudaicae tractans, & Chriſtianos ſaepe refutans. Auctor ר' יוסף אלבו *R. Ioſeph Albo*, Hiſpanus, philoſophus divinus, ut cum vocant, qui floruit anno clɔ cccc xxv. Excuſus primo Venetiis apud Bombergum, anno cclxxxxi, id eſt, clɔ lɔ xxi, in quarto. poſtremo Lublini in Polonia, anno שנב cccclvii, Chriſti clɔ lɔ xcvii.

ערוגת הבשם ARUGAS HABBOSEM, *Area aromatica* (ex Cantic. VI, 2.) Auctor R. Moſes Aben Eſra, qui obiit anno clɔ lxxx. Eſt & alius eius nominis Liber grammaticus, cuius auctor R. Samuel Arcuvolto, impreſſus Venetiis apud Iohan. de Gara, anno ccclxii, id eſt, clɔlɔcii, in quarto.

(ערוגת המזמר ARRUGAS HAMME-

MESIMMAH, *Area cogitationum*, R. Abraham Aben Esrae Tractatus de anima, obscurissimus, brevissimus & eloquentissimus. MS.)

ערוך ARUCH. Lexicon Talmudicum & Chaldaicum. Auctor R. Nathan, qui florere coepit anno Christi clɔ L. & obiit Romae anno clɔ c VI. Discipulus fuit R. Mosis Haddarschan, Narbonensis. Impressum in Italia, & ultimo Basileae, sed Iudaeorum sumtibus.

ערוך הקצור ARUCH HAKKAZUR, *Aruch breve.* Maioris Aruch compendium est, sed Auctor eius saepe meliores explicationes adfert, quam in maiori sunt, saepe etiam Germanice interpretatur. Auctoris nomen non adpositum, sed adparet, Germanum fuisse. Impressus primum Constantinopoli, deinde Cracoviae, anno שנב cccLII, Christi clɔ lɔ xcII. Liber proincipientibus multo utilior, quam Aruch magnum.

